



OBSERVATIONES CRITICAE


IN LUCIANUM.


W. F. STUTTERHEIM.

A. qu.
200









OBSERVATIONES CRITICAE IN LUCIANUM.



OBSERVATIONES CRITICAE IN LUCIANUM

~~~~~  
SPECIMEN LITTERARIUM INAUGURALE

QUOD

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

P. J. COSIJN

litt. class. doct., in facult. litt. et philos. theor. prof.

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

nobilissimae facultatis litterarum et philosophiae decreto

**pro gradu doctoratus**

SUMMISQUE IN LITTERARUM CLASSICARUM DISCIPLINA

HONORIBUS ET PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA LUGDUNO-BATAVA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS FACULTATIS EXAMINI

SUBMITTET

Guilielmus Fredericus Stutterheim

HAGANUS

die V mensis novembris A. MDCCCXCVIII


HORA IV




HAGAE COMITIS

TYPIS H. P. DE SWART ET FIL.





CARISSIMAE FEMINAE  
QUAE  
ME FILII LOCO HABUIT  
ET  
PARENTUM PIIS MANIBUS



SOMNIUM.

§ 8. μὴ μωσαχθῆς δέ τοῦ σώματος τὸ εὐτελές μηδὲ τῆς ἐσθῆτος τὸ πιναρόν.

Sic Sommerbrodtius edidit codices secutus, quam lectionem in editione sua in usum scholarum emissa <sup>1)</sup> tali modo explicavit: »Bezieht sich auf c. 6. ἀρχμηρὰ τὴν κόμην, τὼ χεῖρε τόλων ἀνάπλευς»; vix recte, ut opinor; nam τοῦ σώματος τὸ εὐτελές nihil aliud esse potest quam *corporis vilitas* sive *infirmitas*, ut Fritzsche bene observavit coll. Athen. XII p. 552 d: (Φιλιππίδης) ἦν δ'εὐτελής τὸ σῶμα διὰ λεπτότητα. Hoc igitur minime quadrare in Statuariae personam, quae quasi archetypum esse debet eorum, qui artem illam exercent, quivis videt.

Quibus perspectis Clericus Hemsterhusio assentiente pro σώματος legi jussit σχήματος, quod Bekkero et

<sup>1)</sup> Ausgewählte Schriften des Lucian. Erstes Bändchen. 1888.

Fritzschio probavit. Videamus autem, quid lucremur. Clericus, auctor vocis, explicat: «Ne abhorreas a vili ornatu», quam versionem si sequimur, Lucianus dixit: «Ne abhorreas a vili ornatu, neve a squalido vestimento.» At manifestum est Statuariam non solum de cultu suo, sed etiam de semet ipsa aliquid dicere debere: nam alioquin sequentia verba parum huc quadrant. Quod Hemsterhusius quoque animadvertisse videtur, qui voc. *σχῆμα* vertit *habitum corporis* et addit: «Emendationi probandae solum sufficit (infra § 13) *χιτώνιον πιναρόν καὶ σχῆμα δουλοπρεπές*, quod quid aliud est, quam *τοῦ σχήματος τὸ εὐτελές* ?” Itane vero? Immo illa verba tantum demonstrant voc. *σχῆμα* idem valere ac *habitum corporis*, ut sexcentis aliis locis, sed nihil amplius. Quid enim? Illis verbis utitur Eruditio, quae hac in causa adversas partes agens nimirum omnibus modis inimicae suae invidiam conflare eamque propulsare conatur. Licetne autem statim pro certo deliberatoque haberi, quae altera in alteram contumeliose jaciat? Hoc minime esset boni et integri judicis.

Ergo si Eruditio Statuariae figuram servilem objicit, verum id esse nullo modo inde colligere possumus. Quod si recte vidi, Hemsterhusii interpretatio improbanda videtur. Sed fac eum rem acu tetigisse, revera

Statuariam formam servilem exhibuisse, nihilo minus nego ac pernego eam umquam de semet ipsa dixisse: «Noli humilem et abjectum mei corporis habitum fastidire et contemnere;» praesertim si ad proxima verba attenderis: «ἀπὸ γὰρ τοιοῦτων ὀρμώμενος Phidias ille Jovem Olympicum exhibuit e. q. s.» Risum profecto moveret statuariorum illa patrona tam praeclare de se discipulisque suis professa! E quibus, si vere disputata sunt, colligitur etiam conjecturam *σχήματος* probari non posse.

Postquam autem libere exposuimus, quae nos offendant, videamus tandem, quomodo locus noster sanari possit. Ad medelam reperiendam Sommerbrodtii explanatio, supra a me rejecta, aliquatenus ansam praebet. Procul dubio enim exspectamus Statuariam de squalore corporis sui mentionem facturam, quippe quae § 6 descripta sit: *ἀδχμηρὰ τὴν κόμην, τὸ χεῖρε τὸλων ἀνάπλευς . . . . τιάνου καταγέμουσα*; at verba *τὸ εἰτελές* *sordes* significare non possunt. Quid ergo? Equidem censeo codicum lectionem *σώματος* retinendam esse, sed ut adjectiva *εἰτελές* et *πιναρόν* locum inter se mutant. Praeterea id lucramur, quod verbum «aversandi» multo melius arcte conjungitur cum *τὸ πιναρόν* quam cum *τὸ εἰτελές*, nempe:

«Noli aversari corpus meum squalore et sordibus

obsitum vestimentumque vile et parvi pretii: a talibus enim initiis orsus Phidias ille Jovem Olympicum perfecit, Polycletus Junonem elaboravit, Myron maximis laudibus ornatus est, Praxiteles omnes in admirationem vertit: quin etiam summi hi viri una cum diis adorantur.»

Denique conferatur Timon. § 7, ubi de Timone haec dicuntur: *πιναρόδς ὄλος καὶ ἀδχμῶν κ.τ.έ.*

Quae si recte disserui, Lucianus scripsisse videtur: *μη̄ μνσαχθῆῖς δὲ τοῦ σώματος τὸ πιναρόν μηδὲ τῆς ἐσθῆτος τὸ εὐτελές.*

§ 17. *οὐχ ὑπόκρισιν τὴν ὄψιν οὐδ' ὡς φλναρεῖν ἐγνωκῶς αὐτὰ διεξῆγει, καὶ ταῦτα ἐν πολέμῳ καὶ μάχῃ καὶ ἀπογνώσει πραγμάτων, περιεσιῶτων πολεμίων, . . . .*

In his verbis plura insunt, quae scrupulum mihi injiciant. Primum, quae tandem est vis accusativi *ὑπόκρισιν*? Equidem non video. Sommerbrodtius in editione sua explicat: «nicht zum Zwecke der Deutung», quod exspectamus sane, sed ut haec significatio e solo accusativo elici possit, vereor; certe exempla adhuc requiro. Fritzschius eadem re offensus nimis audacter *οὐχ ὑποκρίσεως ἔνεκεν* conjecit, recte vero quod attinet ad sententiam. Hemsterhusius autem jam dudum veram viam monstravit ὡς inserendo, quo facto omnia in vado sunt.

Deinde verba *τὴν ὄψιν*, praesertim cum *αὐτά* pronomine comparata, misere languent. Ea habeo pro glossemate vocabuli vicini *ἐνόπριον*, itaque huc intrusa credo, ubi aliquatenus tolerari posse videbantur, injuria tamen, si me audis.

Denique: Sommerbrodtius lectionem codicis Vaticani 87 secutus verba *καὶ μάχη* in textum recepit, parum recte, ut opinor. E Xenophonte enim patet illa nocte, de qua sermo est, omnino non esse pugnatum, ut jam Fritzschius observavit. Si illa omnia memoriter a Luciano citari mihi objicies, reputa tecum quam absurdum foret inducere belli ducem militibus somnium suum enarrantem et explicantem instructa acie, quum jamjam proelium instaret. Immo haec quoque interpolatori debentur, qui verba *περιεστώτων πολεμίων* non capiens *μάχη* adscripsit. Hanc rationem potius sequor quam Fritzschi illam, qui voc. *μάχη* ex *ἀμυγχανία* depravatam esse conjecit: haud scio an ingeniosius quam verius.

---

PROMETHEUS ES IN VERBIS.

§1. ὡς ἔμοιγε ἰκανόν, εἰ μὴ πάντο σοι γήϊνα ἔδοξε μηδὲ κομιδῇ ἄξια τοῦ Κανκάσου.

Sommerbrodtius *ἀνάξια* e conjectura scripsit, omnes

autem codices et editiones priores *ἄξια* praebent; videamus an recte. Verba eius in annotatione critica haec sunt: «Non potest dubium esse, quin Lucianus in hoc dialogo stet a Prometheo itaque poenam ei inflictam ipsi honori potius quam dedecori esse iudicet. Quam ob rem *ἄξια* mutavi in *ἀνάξια*: non indigna Caucaso, id est Prometheo.» Concedi potest Lucianum supplicium de Prometheo sumptum honori ei potius quam dedecori fuisse iudicasse, licet ex hoc dialogo nusquam eluceat. Sed fac id verum esse: idoneo opus est *ἄξια* in *ἀνάξια* mutare? Non credo, nam vel sic verba *ἄξια τοῦ Κανθάσου* optimum praebent sensum. Deinde: num illud *μηδὲ ἀνάξια τοῦ Κανθάσου* significare potest «non indigna Prometheo»? Minime, ut opinor. Etenim si in tali rerum ordine et nexu de Caucaso sermo fit, unusquisque statim cogitat de loco, in quo Jupiter Prometheum crudelissima illa poena affecit: utrum vero jure an injuria id factum sit, nihil nunc refert. Ideo sententiam loci sic expresserim: «Mihi satis superque erit, si opera mea non terrena et lutea tibi videantur, neque plane digna Caucaso (i. e. vituperatione)», quo vocabulo utitur nimirum Noster, quod a nescio quo Prometheus appellatus sit. Prorsus eodem modo § 3 dicit: *καὶ εἰ γε μὴ οὐτῶ φρονοίην, ἄξιός ἂν εἶναι μοι δοκῶ*

ὕπὸ ἐκκαίδεκα γυλιῶν κείρεσθαι <τὸ ἦλαρ> <sup>1)</sup>, ubi ipsum Promethei supplicium nominat, more suo in majus auctum.

Ne haec proxima Luciani verba conjecturae suae obstent, Sommerbrodtius ironice dicta esse asseverat; mihi tamen minime persuasit.

§2. καὶ αὐτοὶ δὲ Ἀθηναῖοι τοὺς χυτρίεας καὶ ἱπνοποιοὺς καὶ πάντας, ὅσοι πηλουργοί, Προμηθέας ἀπεκάλουν [ἐπισκώπιοντιες ἐς τὴν πηλὸν καὶ τὴν ἐν πυρὶ οἶμαι τῶν σκευῶν ὀπιησιν.]

Ultima verba, quae uncis inclusi, interpolatori reddenda sunt, qui participium *ἐπισκώπιοντιες* absolute positum non ferebat. Quid enim? Athenienses omnes *πηλουργούς* Prometheos nominasse dicuntur; festive satis homines tenues ex infima plebecula cum nobilissimo illo Titane componuntur. Quod ad sententiam attinet, apte contuleris Juvenalis versus illos, ubi sermo fit de ingenti rhombo ad Domitianum allato (Sat. IV 130 seq.):

„Quidnam igitur censes? conciditur?“ „Absit ab illo  
Dedecus hoc“ Montanus ait: „testa alta paretur,  
Quae tenui muro spatiosum colligat orbem.  
Debetur magnus patinae subitusque Prometheus.  
Argillam atque rotam citius properate, sed en hoc  
Tempore jam, Caesar, figuli tua castra sequantur.“

<sup>1)</sup> Sic recte supplēvit v. d. H. O. de Jong in dissertatione. 1896.

Quid vero jejunius absurdiusque excogitari potest quam illud: «alludentes ad lutum, *ut opinor*, et vasorum fictilium fabricationem, quae fit in igne?»

Vel ineptum verbum *ολμαι* interpolationem arguit. Verbum *επισκόπειν* absolute adhibitum invenimus infra § 6; Dial. Mort. XXII § 3; Xenoph. Mem. I. 3 § 7; Aristoph. Ran. vs 375; denique cfr. Sueton. Caes § 22.

In verbis vicinis *καὶ εἴ γέ σοι τοῦτο βούλει εἶναι ὁ Προμηθεὺς* quantocius mecum expunge *εἶναι*. Hac locutione Luc. passim sine molesto illo verbo utitur: cfr. Dial. Mort. XXVIII § 2; Dial. Deor. XX § 7; Hermot. § 15; Conviv. § 14 Deinde Plat. Theaet. 156 c *τί δὴ οὐκ ἡμῖν βούλει οὐδὲς ὁ μῦθος, ὦ Θεαίτητε, πρὸς τὰ πρότερα; ἂν' ἐννοεῖς*; Parmenid. 127c; ibid. 128a; Leg. II 658c. Quapropter etiam Luc. Pseudol. § 1 *ἐγὼ δὲ τὴν μὲν ἀποφράδα, ὅτι καὶ βούλει εἶναι, διδάξω σε μικρὸν ὕστερον* *κ. τ. έ.* voculam *εἶναι* delendam esse censeo.

§ 5. *οὐ γὰρ ἂν γαίης ἐπέραστόν τι ζῶον τοιοῦτον γενέσθαι.*

Rescribe *τοῦτο*, nam iota *δεικτικόν* quod dicitur non est huius loci: librarius ad praecedens pron. *τι* attendens vitium fecit.

NIGRINUS.

§ 23. ἐγὼ μέντοι γε πολὺ τῶν κολαζευομένων ἐξωλεσιτέρονς τοὺς κόλαζας ὑπέλιψα, καὶ σχεδὸν ἀτιοὺς ἐκείνοις καθίστασθαι τῆς ὑπερηφανίας αἰτίους.

Deleta virgula pro καὶ malim ὡς.

In sequentibus: *ὅταν γὰρ ἀτιῶν τὴν περιουσίαν θαυμάσωσι καὶ τὸν χρυσὸν ἐπαινέσωσι καὶ τοὺς πλοῦτας ἔωθεν ἐμπλήσωσι καὶ προεληθόνια ὥσπερ δεσπότια προσείπωσι, τί καὶ φρονήσειν ἐκείνους εἰκόσ ἐστιν; particula ὥσπερ melius abesset. Etenim e loco paulo superiore (§ 21) luculenter apparet homines illos divites, abjecta adulatione Reges appellatos, re vera se dominos exhibuisse, superbos arrogantesque se gessisse velut Persarum reges; audi ipsum Nigrinum exclamantem: οἱ δὲ σεμνότεροι καὶ προσκυνεῖσθαι περιμένοντες, οὐ πόρρωθεν οὐδ' ὡς Πέρσαις νόμος, ἀλλὰ δεῖ προσεληθόνια καὶ ὑποκύψανια . . . τὸ σιγήθος ἢ τὴν δεξιὰν καταφιλεῖν.*

Praeterea pauca exempla afferre lubet, in quibus voc. *δεσπότης* reperitur, ubi conditio pauperum divitumque commemoratur. In Tim. § 48 Philiades, *κολάκων ἀπάντων ὁ βδελυρώτατος*, Timonem alloquitur hisce verbis: *χαῖρε, ὦ δέσποια*. In libello de Merc. Cond. § 23 clientes plus semel *δοῦλοι* audiunt, bisque patronus ibi *δεσπότης* nominatur. Denique Gall. § 9 ipsis verbis legitur id

quod etiam nostro loco Lucianum scripsisse contendo ;  
 sic enim Miculus coenae narrationem incipit : « Quum  
 antea in tota vita mea, Pythagora, numquam apud  
 divitem quemquam coenassem, heri forte fortuna  
 Eucrates mihi obviam venit; quem quum more solito  
 « dominum » salutassem, abire volebam: *καὶ ἐγὼ μὲν  
 προσεῖπων αὐτὸν ὥσπερ εἰώθειν δεσπότην ἀπηλλατιόμην.*

Non inutiliter cum illis composueris Martial. I 42:

Cum te non nossem, dominum regemque vocabam;  
 Nunc bene te novi: jam mihi Priscus eris.

Vid. etiam eiusdem II 68; V 57; VI 88 etc.

Apud Nostrum notavi praeterea hos locos, ubi  
*προσαγορεύειν ἰνά* significat « nominatim appellare  
 aliquem »:

Dial. Deor. XXVI § 1: *ὥστε πολλάκις ἐγὼ τὸν μὲν  
 προσεῖπον Κάστορα Πολυδέζην ὄντα, τὸν δὲ τῷ τοῦ  
 Πολυδέζου ὀνόματι.*

Longaevi § 13: *Μιθριδάτης δὲ ὁ Πόντιου βασιλεύς, ὁ  
 προσαγορευθεὶς κίστης.*

Ergo non dubito, quin hic ὥσπερ particula sit ejicienda.

ΤΙΜΟΝ.

§ 2. μόνον δὲ τοῦτο οἶεσθαι ἀπολαύσειν τοῦ τραύματος, ὅτι ἀναπλησθήσονται τῆς ἀσβόλου.

In novissima editione <sup>1)</sup> Sommerbrodtius Cobetum secutus dedit ἀπολαύσειν τοῦ τραύματος optimo jure, ut opinor. Nam licet Fritzschius praesens tempus mordicus teneat, obloqui viro summo non difficile videtur. Primum ἀπολαύσειν formam non atticam vocat; at optime Cob. (V. L. pag. 222) monuit sic sequiores loqui solere, quem usum Noster illustrat Hermotim. § 78: ἀπολαύσεις αὐτοῦ (scil. τοῦ ἐὸδαίμονεϊν); quam formam ne Fritzschius quidem in sua editione mutavit. Deinde praesens praegresso ἐπανατινείεσθαι melius respondere autumat, argumentum non serio, credo, prolatum, altoque silentio premendum. Postremo in infin. οἶεσθαι futuri notionem inesse asseverat, quae opinio vel ex ipso Luciano multis locis refelli potest, ubi verbo οἶεσθαι infinitivum futuri subjungit Noster; dabo tria exempla: Prometh. in verb. § 4; Prometh. § 8; Hermotim. § 51. Itaque ἀπολαύσειν legendum esse certum mihi est deliberatumque.

At ne nunc quidem locus noster sanus esse mihi videtur. Quid tandem significat vocab. τραῦμα? Vertunt: «(ut) hoc unum *ex vulnere* malum sibi accidere exis-

<sup>1)</sup> Ausgewählte Schriften des Lucian. Erstes Bändchen 1888.

timent, quod fuligine operiantur», ad verbum sane translatum, sed latine sensus aequè absurdus est ac graece. Etenim tota illa vulneris mentio inepta videtur: Jovis fulmen, quod pro face tantum habetur, face non acerrime ardenti ut Erinyum illae, sed plane extincta, ne parvam quidem scintillam asservanti, sceleratos et impios vulnerare omnino non potest: metum solum iis injicit, ne fuligine obducantur. Quibus bene perpensis verba τοῦ τραύματος recte se habere nequeunt, ut opinor. Jacobsius vitio illo perspecto τραϊεύματος conjecit, sed id vocabulum, quo Aristophanes Lysistr. vs. 762 utitur, huc non quadrare multis verbis demonstrare non opus est. Aliud quid accidit, nisi omnia me fallunt: non corrupta haec verba sunt, sed interpolata a nescio quo, qui genitivum post inf. ἀπολαύσειν desiderabat Genetivum autem facile mente suppleri posse, praesertim quum praecedat ὡς πῶρ μὲν ἢ καπνὸν ἀπ' αὐτοῦ μὴ δεδιέναι, non est quod moncam.

Verbum ἀπολαύειν sine genitivo usurpatum in Luc. inveni infra § 14 (bis).

Praeterea Isocr. VIII § 81: τοιαύτην οὖν ἡμῶν γνώμην ἐχόντων δέδοικα μὴ πειρώμενος ἡμᾶς εὐεργετῆν αὐτοῖς ἀπολαύσω τι φλαῦρον.

Eiusdem XIX § 21: τὰ μὲν τοίνυν εἰρημέν' ἐστὶν ἐν οἷς ἐκινδύνευσα μὲν, φλαῦρον δ' οὐδὲν ἀπέλαυσα.

Aristoph. Vesp. vs. 700—701 :

*ὅστις πόλεων ἄρχων πλείστων ἀπὸ τοῦ Ποντοῦ μέχρι Σαρδοῦς  
οὐκ ἀπολαύεις πλὴν τοῦθ' ὃ φέρεις, ἀκαρές.*

Deinde: eiusdem Av. vs. 1358; Athen. IX p 372 d.  
Xenoph. Cyrop. V. 4. § 34: *ὅσα μὲν ὠφελεῖσθαι ἔστιν  
ἀπὸ μεγάλης πόλεως, ταῦτα ἀπελαύομεν.*

Post haec omnia provoco ad virum doctum Sakor-  
raphum, qui, prorsus ut ego nunc suadeo, genitivum  
post ἀπολαβεῖν exterminavit Mnemos. XXI (a<sup>o</sup> 1893)  
pag. 279. Legitur de Merc. Cond. § 7: *τοιγαροῦν ὥσπερ  
δυσέρωτας αὐτοῦς καὶ κακοδαίμονας ἐρασιᾶς ἐντεχνοὶ τινες  
καὶ τριβωνες ἐρώμενοι παραλαβόντες ὑπεροπικῶς περιέπου-  
σιν, ὅπως αἰεὶ ἐραστήσονται αὐτῶν θεραπεύοντες, ἀπολαῦσαι  
δὲ τῶν παιδικῶν ἀλλ' οὐδὲ μέχρι φιλήματος ἄκρον  
μεταδιδόντες.*

Hoc loco sine controversia recte vir doctus ille verba  
τῶν παιδικῶν utpote insulsum emblema expunxit.

Sic ergo legerim: *μόνον δὲ τοῦτο οἶεσθαι ἀπολαύσειν,  
ὅτι ἀναπληστήσονται τῆς ἀσβόλου.*

§ 33 sub finem: *EPM.* ἀπέρχονται ἡμεῖς δὲ προσίωμεν αὐτῷ.

Malim: *ἀποίχονται*, discesserunt. Nam postquam  
Paupertas huius paragraphi initio se abituram esse  
dixit, et paulisper morata beneficia sua erga Timonem  
breviter memoravit, Mercurius caecum Plutum monere

debet eam cum sociis suis jam *abiisse*, Timonemque adire tempus esse. Confer, si opus est, infra § 40: *ΕΡΜ.* ἐγὼ δὲ ὑπὲρ τὴν Αἴτην ἐς τὸν οὐρανὸν ἀναπιήσομαι. *ΠΛΟΥΤ.* ὁ μὲν ἀπελήλυθεν, ὡς δοκεῖ τευμαίρομαι γὰρ τῇ εἰρεσίᾳ τῶν πιερῶν.

PROMETHEUS SIVE CAUCASUS.

§ 6. *ΕΡΜ.* πάνν γούν, ὦ Προμηθεῦ, μακρῶν δεῖ λόγων καὶ ἰκανῆς τινος παρασκευῆς ἐπὶ τὰ σοὶ πεπραγμένα, οὐχὶ δὲ ἀπόχρη τὰ κεφαλαῖα εἰπεῖν τῶν ἀδικημάτων, ὅτι . . . .

Sommerbrodtius opinatus Mercurium *serio* dicere prolixa oratione et magno apparatu ad refellendum Prometheum opus esse negatione *οὐχὶ* sententiarum ordinem perverti censet. De veritate huius opinionis nunc non loquor, sed accuratius videamus vim particulae *μονονουχί*, quam pro *οὐχὶ* substituit vir doctus. Equidem ingenue fateor me Mercurii mentem non intellegere, si sic accusandi initium facit: «Plurimis quidem verbis et satis magno apparatu opus est adversus ea, quae tu perpetrasti; sed sufficit *fere* maleficiorum tuorum summa enumerare.» Si pro *fere* legeremus *fortasse*, non sine sensu saltem haec essent, nunc vero verba non concoquo. Bona fortuna utimur, quod Sommerbrodtius ipse conjecturam suam incertam vocat; quamquam

eam in textum recepit, cruce tamen appicta. Etiam Hemsterhusii conjectura, qui scribit: *π. γ. δ. Π. μακρῶν ἔδει λόγων* et *οὐχι* in *νννι* mutat inserto adjectivo *μόνα* post *ἀπόχρη*, offensioni obnoxia videtur, certe vulgata longe melior est, modo si recte eam capiamus. Gesnerus enim rectissime docuit verba *ironice* accipienda esse, sic vertens: «Quasi vero opus esset longa oratione . . . . . nec satis foret sola capita exponere.» Fritzschius illorum Gesneri verborum bene memor demonstravit (Quaest. Luc. pag. 86) non vocis sono, quo haec Mercurius pronuntiat, ironiam indicari, quod satis leve esset, sed in ipsis verbis *πάνν γοῶν* vim ironicam inesse. Qui Fritzschi libellus quoniam non cuivis prae manibus esse potest, ut opinor, exempla, quae quidem ad Lucianum pertinent, hic adscribam: de Conscrib. Hist. § 29; Pseudol. § 13; [Amor. § 24]; Pseudosoph. § 9; Adv. Indoct. § 16; Bis Accusat. § 5; Deor. Concil. § 11.

Si quis ea exempla diligenter expendierit, spero et confido fore ut mihi assentiatur omnia se recte habere et Sommerbrodtium frustra vulgatam temptasse.

§ 12. ἦν τοίνυν πάλαι — ἕξον γὰρ οὕτω καὶ δηλον ἂν γένοιτο, εἴ τι ἠδίκημα ἐγὼ μετανοήσας τὰ περὶ τοὺς ἀνθρώπους —

*καὶ* molestum et supervacaneum est; Prometheus se rem altius repetere dixit: sic enim planum fore, si quid in creandis mortalibus peccaverit. Quattuor autem codices *καὶ* omittunt, itaque voculam illam extorrem agere non dubito.

Ibid. *καὶ γὰρ ἐνδεῖν τι ὄμην τῷ θεῷ, μὴ ὄντος τοῦ ἐναντίου αὐτῷ πρὸς ὃ ἐμελλεν ἢ ἐξέτασις γιγνομένη εὐδαιμονέστερον ἀποφαίνειν αὐτό.*

Rescribe mecum fut. *ἀποφανεῖν* coll. Somn. § 15; Nigrin. § 10; Scyth. § 3 (bis); de Conserib. Hist. § 12; de Saltat. § 25; Gall. § 2.

§ 18. *αὕτη γὰρ, οἶμαι, φύσις τουτουὶ τοῦ κτήματος, (scil τοῦ πρὸς) ὅτι οὐδέν τι ἔλαιον γίγνεται, εἰ καὶ τις ἄλλος αὐτοῦ μεταλάβοι [οὐ γὰρ ἀποσβέννεται ἐνανσαμένον τινός.]*

Audire mihi videor magistelli cuiusdam stridulam vocem, cui Promethei verba monentis ignem non diminui, si quis particulam inde capiat, non sufferunt, quique addidit ignem illum ne exstingui quidem *ἐνανσαμένον τινός*. Additamentum insulsum et satis obscurum expellendum est.

---

## DIALOGI DEORUM.

VI § 5. *HPA.* ἀλλὰ ἡ νεφέλη ἐγὼ εἶναι δόξω, καὶ τὸ αἰσχρὸν ἐπ' ἐμὲ ποιήσει διὰ τὴν ὁμοιότητα.

Satis mirari non possum, quod Sommerbrodtius certissimam emendationem Cobeti pro δόξω δόξει reponi jubentis (V. L. pag. 227), Dindorfio et Fritzschio probatam, in textum non recepit. Eam autem unice veram esse primo obtutu intelligitur, ita ut argumentis eam confirmare vix operae sit pretium. Deinde verbum ποιήσει corruptum esse inter omnes constat. Fritzschius lectionem suam ποιῆσθαι commendat, quam sic vertit: «At nubes illa ego esse et in me committi turpitudine videbitur.» Vehementer tamen dubito num, Noster si talem sensum exprimere voluisset, dicturus fuerit: ἡ ν. ε. εἶναι δόξει, καὶ τὸ αἰσχρὸν ἐπ' ἐμὲ ποιῆσθαι. Cob. conjecit l.l. περιεῖσι Fritzschio adversante, qui verbum ποιῆν mordicus tenet, dum provocat ad Conv. § 34: οἱ μὲν ἐποιοῦν αἰσχρά, οἱ δὲ ἔλεγον αἰσχίω. Mea autem opinione illa verba parum huc faciunt. Nisi igitur meliora didicero, Cobeto adstipulor, praesertim quum quinque codices ἤξει praebeant, quae lectio e verbo περιεῖσι nata esse videtur, cum ποιήσει aut ποιῆσθαι vero nihil commune habet

X § 2. ἐγὼ δὲ παρὰ τὴν Σελήνην ἀπελθὼν καὶ τὸν

Ἵπνον ἀπαγγελῶ κάκεινοις ὅπερ ὁ Ζεὺς ἐπέστειλε, τὴν μὲν σχολῆ προβαίνειν, τὸν δὲ [Ἵπνον] μὴ ἀνίεναι τοὺς ἀνθρώπους.

Vel numerorum ratione habita tolle vocabulum, quod uncinis saepsi.

XX § 40. Antequam Venus vestem exuit, Minerva Paridi suadet, prius ut illam cestum suum ὅς τ' ἔκλεψε νόον πόκα περ φρονεόντων deponere jubeat; cui Paris respondere non potest: «recte monent de cesto», ut nunc legitur, sed procul dubio exclamat: «recte dicis, bonum factum, quod de cesto illo mentionem fecisti»; deinde ad Venerem conversus eum detrahi de corpore jubet. Levissima igitur mutatione legerim: εὖ λέγεις (vulgo λέγουσι) τὸ περὶ τοῦ κεστοῦ.

XXI § 2. ὃ δ' οὖν μάλιστα γελοῖον ἔδοξέ μοι ἀκούοντι μεταξὺ τῆς ἀπειλῆς. οὐκ ἂν δυναίμην σιωπῆσαι πρὸς σέ.

Malim solemnni Luciani more μεταξὺ ἀκούοντι, quod codex Vatic. 87 praebet, coll. e. g. Somn. § 17; Nigrin. § 13, 30, 37; Catapl. § 17; de Merced. Cond. § 35; Hermotim. § 1, 71; Piscat. § 38; de Conserib. Hist. § 38; Icarom. § 24.

## DIALOGI MARINI.

I § 5. ἔφερε δὲ ὁ ἐπέραστος ἐν ταῖς ἀγκάλαις ἀθρομάτιον ἄρκιον σκύλακα τὸ λάσιον ἀδιτῶ προσσεικότα.

Ne Polyphemus ipse cum ursae catulo illo nonnumquam ludere dicatur, insere σοί pronomen ante articulum δ. Optime conveniunt Theocr. XI vs. 40:

τρέφω δέ τοι ἑνδεκα νεβρώς,

πάσας μνηροφόως, καὶ σκύμνος τέσσαρας ἄρκιων.

et Ovid. Metam. XIII v. 834 seq.

„Inveni geminos, qui tecum ludere possint,  
 „Inter se similes, vix ut dignoscere possis,  
 „Villosae catulos in summis montibus ursae:  
 „Inveni et dixi: „dominae servabimus istos.”

## DIALOGI MORTUORUM.

VII § 1. τὸν ἀτεκνον, τὸν πλούσιον, ᾧ σε τὰ πολλὰ ἦδειν συνόντα.

Formas perfecti εἶδέναι et aoristi ἰδεῖν sexcenties in codicibus confundi nemo nescit: etiam in Luciano ubique eius rei exempla colligere licet. Et huic loco idem accidisse suspicor; quum enim Callidemides Xenophantae, collegae suo parasiticae artis, dixisset eum pro certo Ptoeodorum senem probe nosse, ille respondere non debet: «Orbumne illum et divitem,

quocum te plerumque una esse sciebam?»), sed res ipsa clamat hic «videndi» verbo opus esse. Quam ob causam confidenter εἶδον repono.

IX § 3. ἐς τὸ φανερόν μὲν ἕκαστον αὐτῶν κληρονόμον ἀπολιπεῖν ἔφρασκον, ὁ δ' ἐπίστευέ τ' ἂν καὶ κολακευτικώτερον παρεσχεύαζεν ἑαυτόν. ἄλλας δὲ τὰς ἀληθεῖς διαθήκας ἔχων ἐκείνας κατέλιπον οἰμώζειν ἅπασι φράσας.

Ultima pars huius enuntiati ἄλλας δὲ κ.τ.έ. non leviter offendit; praesertim structura ἄλλας . . . . διαθήκας ἔχων ἐκείνας κατέλιπον tam inconcinna est, ut num ab ipso Luciano profecta sit, liceat dubitare. Elegans et venusta sententia evadet, Nostro dignissima, si tibi in memoriam revocaveris festivum illum Horatianum locum Sat. II. 5. vs. 66—69:

Tum gener hoc faciet: tabulas socero dabit atque  
 Ut legat orabit; multum Nasica negatas  
 Accipiet tandem et tacitus leget, *invenietque*  
 Nil sibi legatum praeter plorare suisque.

Sic ergo lege:

ἄλλας δὲ τὰς ἀληθεῖς διαθήκας ἔχων ἐκείνοις κατέλιπον οἰμώζειν ἅπασι.

Hanc conjecturam debeo magistro meo viro clariss<sup>o</sup>.  
 J. J. Hartman.

XIV § 4. σὺ δὲ καὶ τὴν Μακεδονικὴν χλαμύδα καταβαλὼν κίνδυνον, ὡς φασι, μειτενέδους καὶ τιάραν ὀρθὴν ἐπέθου καὶ προσσυνεῖσθαι ὑπὸ Μακεδόνων, ὑπ' ἐλευθέρων ἀνδρῶν, ἡξίους, καὶ τὸ πάντων γελοιότατον, ἐμιμοῦ τὰ τῶν νενικημένων.

Quia verbis ἐμιμοῦ τὰ τῶν νενικημένων nihil novi praecedentibus additur, καὶ in ὥστε mutandum est.

XX § 5. πολλοὶ τῶν νέων φιλοσοφεῖν λέγουσι, καὶ τὰ γε σχήματα αὐτὰ καὶ τὰ βαδίσματα εἰ θεάσαιτό τις, ἄκροὶ φιλόσοφοι.

Quod nihil est causae, cur dicatur: «Habitum ipsam et incessum si quis spectaverit, summi philosophi habendi sunt», lege αὐτῶν cum Hemsterhusio.

XXVII § 2. ἐπεφόνευτο γὰρ ὑπὸ τῶν λησιῶν περὶ τὸν Κιθαιρῶνα εἰς Ἐλευσίνα οἶμαι βαδίζων.

Articulus τῶν delendus est; Lucianus enim formula ὑπὸ λησιῶν utitur cfr. Catapl. § 6; Alexandr. § 44; Tox. § 61.

§ 9 sub finem.

Multo vividior fiet oratio, si post pron. *τηλικοῦτοι* adv. *οὔτω* inserueris, ita ut Diogenes mirabundus exclamet: «Quid de adolescentibus dixeris, si senes id aetatis (*ἡλικιωταὶ τοῦ πορθημέως*) tam vehementi

vivendi cupiditate flagrant (*οὕτω φιλόζωοι εἰσι*)! Non pauca exempla Luc. praebet, ubi adverbium illud sic usurpatur, vide Prometh. § 20; Necyom. § 1; de Merc. Cond. § 23, 42; Hermotim. § 25, et multos alios locos.

MENIPPUS SIVE NECYOMANTIA.

§ 1. *παῦσαι, μακάριε, τραγῳδῶν καὶ λέγε οὕτωςί πως ἀπλῶς καταβάς ἀπὸ τῶν ἰαμβείων, τίς ἢ στολή;*

Optimo jure v. d. H. O. de Jong<sup>1)</sup> adverbium *ἀπλῶς* deletum vult, quod mihi quoque in mentem venerat. Etenim non solum, ut ait Cobetus (V. L. pag. 297), *ὡς οὕτω γ' ἀκοῦσαι* et alia eiusdem generis notae loquendi formulae sunt Platonis et Demosthenis, sed etiam Luc. structuram illam sine molesto interpretamento habet Hermotim. § 56: *οὕτωςί μὲν ἀκούσαντας*, Tim. § 8: *οὕτωςί μὲν εἰπεῖν*, Bis Accusat. § 17: *οὕτωςί μὲν ἀκοῦσαι*.

§ 4. *ταῦτα μὲν δὴ φρονῶν προσήειν ἀδοῖς, ἐλελήθειν δ' ἔμαντιὸν ἐς ἀδοῖ, φασί, τὸ πῶρ ἐκ τοῦ χαπνοῦ βιαζόμενος.*

*βιαζόμενος* praebent omnes codices; quin tamen corruptum sit hoc verbum, nulla dubitatio esse potest.

<sup>1)</sup> In dissertatione A<sup>o</sup> 1896, pag. 13.

Vertunt: «Minime prospiciens fore ut in ipsum, quod aiunt, ignem ex fumo me inferrem», quod sane exspectamus; ut vero hic sensus e verbo *βιάζεσθαι* elici possit, valde metuo. Sommerbrodtius conjecit *βαδιούμενος*, quam conjecturam, ut in re certa, in textum recepit; at quid hic futurum tempus sibi vult? Nostro loco post verbum *ἐλελήθειν* nihil aliud sequi potest quam partic. praesentis vel aoristi; ceterum ipsum *βαδιζειν* non placet. Si quis, qui fumum effugere vult, necopinato in ignem se infert, is dici non potest *βαδιζειν ἐς τὸ πῦρ*. Ut exemplo utar: si notum illud «incidit in Scyllam, qui vult vitare Charybdin» graece transferre velis, profecto non dicas: *ἐβάδισεν ἐς τὴν Σκόλλην τὴν Χάρυβδιν ἐκφυγεῖν βουλόμενος*, sed *ἐνέπεσεν ἐς τὴν Σκόλλην* vel potius *τῇ Σκόλλῃ περιέπεσε* vertendum tibi est, ut opinor. Quae cum ita sint, aliud quid in illo participio latere suspicor, quod doctiorum virorum ingenio commendo; ego quidem id eruere non potui.

§ 6. ἄριστον γοῦν ἠγοῦμην εἶναι μαθεῖν παρ' αὐτοῦ ἅτε ματιέως καὶ σοφοῦ, τίς ἐστὶν ὁ ἄριστος βίος καὶ ὃν ἂν τις ἔλοιτο εἰς φρονῶν.

Ut jure Sommerbrodtius supra § 3 in verbis: καὶ δὴ προῶιά σοι δέιμι τὴν γνώμην τὴν ἐμὴν [καὶ] ὄθεν

ὠρμίθην πρὸς τὴν καιάβασιν voculam καὶ exterminavit, sic et hic eam ante pron. ὄν delere debebat.

§ 21. ἔστι δὲ τυφλὸν ἢ γερόντιον καὶ ὄχρον καὶ λεπτόφωνον.

Adject. τυφλὸν corruptum esse videtur. Paulo enim superius (§ 15) Menippus dixit omnes mortuos inter se quam simillimos esse et «terribile quid per vacuos oculorum orbis intueri» (φοβερόν ἢ καὶ διάκενον δεδοροκότες); num verisimile est eum peculiare illud brevi post funditus oblitum esse, Tiresiamque caecum appellasse? Noli credere, praesertim si ad Dial. Mort. XXVIII § 1 animum attenderis. Illic enim idem Menippus Tiresiam sic alloquitur: ὦ Τειρεσία, εἰ μὲν καὶ τυφλὸς εἶ, οὐκέτι διαγνώσκει ῥέδιον ἅπασιν γὰρ ἡμῶν ὁμοίως τὰ ὄμματα κενά. Ergo conjicio Nostrum κωφὸν ἢ γερόντιον scripsisse, quod in τυφλὸν mutatum sit a librario nescio quo, qui Tiresiam oculis captum fuisse intempestive meminerit. Quamquam adject. κωφός in scriptis Lucianeis non repperi, tamen procul dubio id cognovit vel ex Homero suo Odyss. B vs. 16:

τοῖσι δ' ἔπειθ' ἦρως Αἰγύπτιος ἦρχ' ἀγορεύειν,  
ὅς δὴ γήραϊ κωφὸς ἔην καὶ μυρτ' ἐφείδει.

vel ex Aristoph. Acharn. 703—705:

τῷ γὰρ εἰδὸς ἄνδρα κωφόν, ἡλίκον Θουρυδίδην.  
ἔξολέσθαι ξυμπλακένια τῆ Σκοθῶν ἐρημία.  
τῷδε τῷ Κηφισοδήμῳ τῷ λάλω ξυνηγρόφῳ:

et Plut. 265—266:

*ἔχων ἀφίεται δεῦρο πρεσβύτεην τιν', ὃ πονηροί,  
ὑπὸντα κερδὸν ἄθλιον ἕσδον μαδῶντα κωδόν.*

#### VITARUM AUCTIONES.

§ 1. In ipso initio huius festivi dialogi personae non recte ordinatae sunt, quamquam jamdudum Solanus veram viam monstravit, ut statim videbimus.

Jupiter, qui omnium sectarum philosophos vendendos decrevit, ministris suis mandata aliqua dat: alius scamna disponat, locumque emptoribus destinatum apparet, alius philosophos exornet, deinde ordine colloctet; tertio, nempe Mercurio, imperat, ut emptores praeconio convocet. Quae omnia plana sunt ac perspicua. Dehinc vero, si fidem codicibus habeas, Jupiter ipse praeconis vice fungitur, etenim verba *ἀποκηρύξομεν* usque ad *ἐγγνητήν* Jovi continuantur, et de Mercurio, praecone *κατ' ἐξοχήν, οὐδείς λόγος*. Quo vitio bene perspecto Solanus verba *ἀγαθῆ τύχῃ . . . ἐγγνητήν* Mercurio dedit, quod miror Fritzschio soli esse probatum; sic enim Mercurius illas partes agit, quae maxime in deum illum conveniunt. Denique verba *πολλοὶ συνίασιν ὥστε χροὴ μὴ διαοίβειν μηδὲ κατέχειν αὐτούς*, quae in libris Mercurio tribuuntur, Jovi donanda sunt, quia aptiora videntur ei, qui auctioni

praeest, quam ministro; postremo idem Jupiter concludit *πωλῶμεν οὖν*.

Jam dixi Fritzschiū illam Solani emendationem recepisse, praeterquam quod eo invito *ἀποκηρύξομεν* in praesens tempus non mutavit, optimo jure, ut opinor. Etenim *ἀποκηρύττειν* significat: « per praeconem vendere », itaque praeco ipse recte pronuntiare potest: *ἀποκηρύξομεν* « vendemus » vel « vendere nobis in animo est ».

Unus tamen scrupulus mihi restat, quem amovere conabor. Fieri sane potest, ut Mercurius praeconium suum sic inceperit: *ἀγαθῆι τύχηι τοὺς ὀνητιὰς ἤδη παρεῖναι πρὸς τὸ πωλητήριον*; at si tecum reputaveris nusquam apud Nostrum, quod sciam, *ἀγαθῆι τύχηι* praeconio additum esse, contra vero constanter hac formula eum uti cum imperativo aut conjunctivo, qui adhortativus dicitur, cum periodus claudatur, nec vero, quum novi quid acciderit, fortasse et *ἀγαθῆι τύχηι* mecum Jovi tribuas. Confer de hoc usu, quem modo observavi, locos sequentes: infra §2 *ἀνάγκη ἀγαθῆι τύχηι*. §19 *ἄγε λαβὼν ἄ. τ.* Dial. Deor. X §2 *ἀλλὰ τελεσιουργεῖτω μὲν ἄ. τ.* Tim. §34 *ὥστε ἄ. τ. δέχου τὸν ὄλβον*. Alex. §38 *οἱ δὲ πιστεύοντες τῷ θεῷ τελείσθωσαν τύχηι τῆι ἀγαθῆι*. Catapl. §7 *ἀλλ' ἔμβαινε ἄ. τ.* Fug. §25 *ὥστε ἐπιβαίνωμεν ἄ. τ.* Bis Accusat. §22 *ΣΤΟΑ. ἐφίημι ἐπὶ τὸν Δία. ΔΙΚΗ. τύχηι*

τῇ ἀγαθῇ (Imp. mente supplendus est). Saturn. § 39  
 κοινωνούντων ἡμῖν καὶ συνδειπνούντων τύχῃ τῇ ἀγαθῇ.

Hoc igitur modo initium dialogi ordinaverim:

ZEYΣ. σὺ μὲν διαίθεις . . . . σὺ δὲ σιῆσον . . . . σὺ  
 δὲ, ὦ Ἐρμῆ, κήρυτε καὶ ξυγάλει ἀγαθῇ τύχῃ.

ΕΡΜΗΣ. τοὺς ὠνητάς . . . . ἐγγυητήν.

ZEYΣ. πολλοὶ συνίασιν, ὥστε χροὴ μὴ διατρίβειν μηδὲ  
 κατέχειν αὐτούς· πωλῶμεν οὖν.

§ 19. λάμβανε τὸ δεῖνα δὲ, ὅπως εἰδῶ, τίσι χαίρει τῶν  
 ἐδεσμάτων;

Satis mirari non possum, quod Sommerbrodtius  
 verba ὅπως εἰδῶ non praeunte Cobeto (V. L. pag. 108)  
 e textu ejecit ut «scioli interpretamentum».

Fritzschius quoque ea retinere vult oppugnatque  
 Cobetum, ita tamen, ut eius verba non intellexisse  
 videatur. Provocat enim ad Dial. Mort. § 2: ὅπως δὲ  
 εἰδῶ μάλιστα, ποῖός τις ἐσσι τὴν ὄψιν; et Toxar. § 7:  
 καὶ γὰρ οὖν καὶ τόδε ὅπως εἰδῆς, οὐδὲν Σκόθαι φιλίας  
 μεῖζον οἴονται εἶναι, duo qui loci huc omnino non  
 faciunt. Nam verba ὅπως εἰδῶ non per se ipsa spec-  
 tata vitium alunt, sed tollenda sunt, quia locutionem  
 τὸ δεῖνα δὲ proxime sequuntur, quae copulatio  
 in nullo omnino scriptore ferenda est, nedum in  
 Luciano, qui quam plurimum sectatur atticam elegan-

tiam. Hanc loquendi formulam apud Nostrum paulo accuratius considerare lubet, quo facto videbis librariorum turbas dare solere, quia vim eius structurae non percipiebant.

In loco, de quo modo egimus, duo codices *Q. Φ.* praebent interpolationem integram *ὅπως εἰδῶ*, *A* et *Vulg.* *ὅπως ἴδω*, *Ψ* *ὅπως ἰδῶ*, ut mos est.

Catapl. § 13: *EPM.* *δέχον τοῦτον σὺ, πορθημῶ, καί, τὸ δεῖνα, ὅπως ἀσφαλῶς* — *XAP.* *ἀμέλει, πρὸς τὸν ἰσὶν δεδήσεται.*

Unus codex et *Vulg.* habent *καὶ τὸν δεῖνα καὶ ὅπως*, alii omnes *καὶ τὸν δεῖνα ὅπως.*

Bis *Accusat.* § 23: *τὸ δεῖνα μέντοι, μὴ λαμβανέτωσαν οὔτοι τὸ δικασικόν.*

*Codex Ψ* habet ex interpolatione *τὸ δεῖνα λέγειν με.* Duobus tantum locis, quod sciam, *τὸ δεῖνα* intactum e scribarum manibus evasit: *Rhet. Praecept.* § 23 et *Dial. Meretric.* XII § 5.

---

#### PISCATOR.

§ 12. De mulierecula quadam, quae Philosophiam mentitur, inter alia *Lucianus* et haec dicit: *πολλάκις δὲ καὶ γυμνωθείσης αὐτῆς κατὰ τὸ ἀκούσιον ἐώρων περιδέραια χροσᾶ τῶν κλοιῶν παχύτερα.*

Quam multo venustior hic locus fiat, si ante praep. *κατά* partie. *ὥς* inserueris! Femina enim illa, quae hominibus Luciani aetatis sincera Philosophia esse videtur, re vera impudentem meretricem agit, ut fusius Noster enarrat. Ergo, ut aurea sua monilia circumstantibus ostendet, partem corporis denudat, quasi si id faceret imprudens, reapse arte consilioque. Eodem modo Sommerbrodtius enuntiatum accipit; explicat enim in editione sua in usum scholarum <sup>1)</sup> *κατὰ τὸ ἀκούσιον*: «nach Art und Weise, d. i., als wenn es unfreiwillig geschähe», et comparat *καθ' Ὀμηρον, κατὰ τὴν μέλιτταν, κατὰ τοὺς ῥήτορας, κατὰ τὸν κωμικόν* et alia eiusmodi; minus recte, ut opinor. *κατὰ τὸ ἀκούσιον*, ni fallor, prorsus idem est ac *ἀκουσίως*, ut aliae sententiae, quae adverbialiter adhibentur e. g. *καί' ἰσχόν, κατὰ κράτος, κατὰ σκότον, καί' ὀρθόν, καί' ὀργήν, κατὰ τάχος, κατὰ τὸ ἰσχυρόν* etc. Fieri igitur non potest, quin hic *ὥς* addendum sit, si illum sensum «als wenn es unfreiwillig geschähe», quem pro unice vero habeo equidem, in contextu inesse velis.

#### § 24. Diogenes, qui causam omnium philosophorum

<sup>1)</sup> Ausgewählte Schriften des Lucian. Drittes Bändchen 1878.

in se suscepit, nihil non se moliturum pollicetur; deinde sic pergit: «Si Philosophia, cuius mitissimam indolem unusquisque nostrum novit, istum forte dimittere velit, sermone querelisque eius labefactata, me baculum non frustra gerere luculenter monstrabo.» Ad quae Philosophia respondet: *τοῦτο μὲν μηδαμῶς, ἀλλὰ τῷ λόγῳ μᾶλλον* — *ἄριστον γάρ* — *ἤπερ τῷ ξόλῳ*. Verba *ἄριστον γάρ*, quae Vulgata sola praebet, jure Bekkerus delevit, quem Sommerbrodtius secutus est. Nihilo melior videtur esse lectio *ἄμεινον γάρ*, quam tres codices *Ω Γ Φ* exhibent: utrumque enim ad interpretandum adverbium *μᾶλλον* adscriptum est. Sed *μᾶλλον* alteram interpolationem secum traxit, et quae frequentissima est, nempe verba *ἤπερ τῷ ξόλῳ*, nam *μᾶλλον* hoc loco, ut multis aliis in quovis scriptore, praesertim in Thucydide, elliptice positum est, ita ut *ἤπερ τῷ ξόλῳ* *mente* supplere per me liceat, non vero in textum recipere.

Inversa ratio conspici potest in Gallo §13, ubi Micylus: *οὐκ ἐγὼ μόνος, ὃ Πυθαγόρα, τοῦτο, ἀλλὰ καὶ σὺ αὐτός, ὁπότε Εὐφορβος ἦσθα, χρυσὸν καὶ ἄργυρον τῶν βοσιτόρων ἐξημμένος οὕτως ἦεις πολεμήσων τοῖς Ἀχαιοῖς, ἔνθα σιδηροφορεῖν [μᾶλλον ἢ χρυσοφορεῖν] ἄμεινον ἦν*. Vides, quid acciderit: adjectivo *ἄμεινον* suprascriptum est *μᾶλλον*, deinde nescio quis addidit *ἢ χρυσοφορεῖν*, ut

sententia expleretur. Optimo igitur jure Sommerbrodtius verba uncinis saepta exclusit.

§ 32. Falsos philosophos Lucianus comparat cum Cumano illo asino, qui pelle leonina indutus Cumarum incolas, qui leonem numquam vidissent, voce rauca et horribili aliquantisper perterrefaciebat, *ἄχρη δὴ τις αὐτὸν ξένος καὶ λέοντα ἰδὼν καὶ ὄνον πολλακις ἤλεγξε παίων τοῖς ξύλοις.*

Primum ingenue me non intellegere fateor, cur Sommerbrodtius auctore Schwartzio illud *καὶ ὄνον* expulerit. Haec enim verba, dummodo recte accipiantur, nihil habent, quo offendant, eisque deletis *καὶ* ante vocabulum *λέοντα* idoneum sensum non praebet, quin etiam absurdum est. Quocirca mordicus ea servare non vereor.

Deinde corrigendum videtur *τῷ ξύλω*: non fustibus asinum caedit, sed baculum, quod manu tenebat, ei impingit; vel articulus arguit numero singulari opus esse. Conferas, si tibi opus videatur, praeter multos locos, ubi Cynicorum *τοῦ ξυλοφορεῖν* mentio fit. Bis Accusat. § 24: *ἐγὼ γὰρ αὐτίκα μάλα πατάξας τῷ ξύλω. . . .*

Dial. Mort. XXII § 1 *καὶ μὴν τῷ ξύλω σου πατάξας*  
*παρὰ* λῶσω (διασχίσω Tournier; διαθρόψω van Herwerden) *τὸ κρανίον.*

[Asin.] § 24. τοῖς δὲ λόγοις τοῦτοις τὸ ξύλον εἶπετο.

Ibid. § 29. πρῶτον μὲν ἔπαιέ με καὶ τρέγοντα λίαν, οὐδ' ἔδλω ἀπλῶ, ἀλλὰ τῷ ὄζουσι πυκνοῦς ἔχοντι καὶ ὄξεισι.

Ibid. § 16. καὶ ἐθῆς ἄλλος ὀπισθεν κατὰ τῶν μηρῶν ἔπαιε ξύλω.

Parasit. § 55 καὶ μὴν καὶ πάντες ὁμοῦ φιλόσοφοι καὶ ὀλίγοι φοβοῦνται μάλιστα τοὺς γὰρ τοὶ πλείστους αὐτῶν εἴροι τις ἂν μετὰ ξύλον προϊόντας.

Praeterea e. g. Lys. I. § 27. οὔτε σίδηρον οὔτε ξύλον οὔτε ἄλλο οὐδὲν ἔχων, ὅ τὸς εἰσελθόντας ἂν ἡμύνατο. Eurip. Cycl. 210; Aristoph. Vesp. 458, Ran. 715.

§ 34. περὶ τὰς τῶν πλουσίων θύρας ἀλλήλους παρωθοῦμενοι, δεῖπνα πολυάνθρωπα δειπνοῦντες καὶ ἐν αὐτοῖς τοῦτοις ἐπαινοῦντες φορικῶς. τοῦτοις ad verba τῶν πλουσίων referendum esse dicunt, quod fieri vix potest; praefero igitur lectionem codicum ΨΦ a et Vulgatae ἐν αὐτοῖς τοῦτοις collato simillimo loco de Merced. Cond. § 24: εἶτα δειπνῶν δεῖπνα θορυβῶδη καὶ πολυάνθρωπα . . . καὶ ἐν αὐτοῖς ἐπαινεῖς φορικῶς.

§ 48. ἀλλὰ νῦν ἔση φανερός ἅπασιν ἐκ τῶν βραγχίων ἀπηρητημένος.

Praepositio ἐκ abundat; vide, quae Cobetus V. L. pag. 115 disseruit, ubi Scyth. § 11, Hercul. § 3, Anachars. § 1 inutili praepositione liberavit. Lucu-

lentum exemplum librariorum inconstantiae praebent lectiones Icarom. § 3 et ibid. § 34 inter se comparatae: omnes enim codices priore loco exhibent *ἐκ τῶν ὄτων ἀπηρημένον*; omnes altero τοῦ δεξιῦ ὡτὸς ἀποκρεμάσας. Quis autem credat Lucianum in uno eodemque libello in similibus sententiis tam diverse locutum esse? Nemo, ut opinor. Praeterea inter legendum notavi hos locos, a quibus praepositio recte abest:

Ver. Hist. I § 42: *περὶ τὸ θηρίον ἠὲ λίσσαντο ἐξάφαντες αὐτοῦ τὰ ἀπόγεια.*

Ver. Hist. II § 42: *ἐκδήσαντες γὰρ αὐτὴν (scil. τὴν ναῦν) κάλων μεγάλων (cod. Γ κάλω μεγάλω suprascr. ν).*

Jup. Trag. § 45: *ἀπάγει αὐτοῦς ἀναδησάμενος τῶν ὄτων ὁ Δᾶμις.*

Gall. § 12: *ἐγὼ δὲ τὴν ἐσθῆτα τὴν ἐκείνου ἔχων καὶ δακτυλίους βαρεῖς ὅσον ἐκκαίδεκα ἐξημμένους τῶν δακτύλων.*

Ibid. § 13: *χρυσὸν καὶ ἄργυρον τῶν βοσιτόχων ἐξημμένους.*

Eadem §: *ἄφες αὐτὸν ἐπὶ κεφαλὴν ἀπὸ τῆς πέτρας.*

Mirum est, quod Sommerbrodtius hoc loco et sequenti § ἀπὸ τῆς αὐτῆς πέτρας καὶ οὔτως (codices Φ Μ κατὰ praebent) Cobetum non secutus est V. L. pag. 277 ἀπό in κατὰ mutari jubentem, imprimis si paulo inferius § 50 contuleris *οὐκοῦν καὶ οὔτως κατὰ τῶν πετρῶν*. Lucianus enim, qui toties notum

illud Theognideum (vs. 176) *ῥιπιεῖν καὶ πετρεῶν, Κύρνε, κατ' ἠλιβάτων* laudaverit, *κατὰ πέτρας ῥιπιεῖν* dici oportere optime, credo, noverat. Ceterum in codicibus hac in re nihil est auctoritatis, quia vetera compendia praepositionum *κατὰ* et *ἀπό* in libris Mss. vix discerni possunt. Loci, ubi librarii recte *κατὰ* dederunt in ea locutione, hi sunt, quamquam aliquot me fugere potuisse non infitior: ad Theognideum illud supra a me allatum alluditur Tim. § 26, de Merc. Cond. § 5, Apolog. § 10; insuper Phalar. I § 12, de Hist. Conscrib. § 4, [Amor.] § 16, Navig. § 44, Icarom. § 10. Phal. I § 6 tantum, quod sciam, omnes libri dant *ιερόσυλόν τινα ἰδὼν ἀπὸ τῆς πέτρας ῥιπιόμενον*, quod Cobetus V. L. pag. 252 correxit.

Sympos. § 44: *ὁ δὲ Ἐρμῶν τὸν Διφιλον . . . ἀφῆμεν ἐπὶ κεφαλὴν ἀπὸ τοῦ κλινηῆρος* huc minus pertinere videtur.

§ 45. Philosophi, qui auri mentione facta magno numero undique in Aeropolin convenerant, illico huc illuc aufugerunt, simul atque Philosophia de *judicio* verbum iniecit; perpauci tantum, nihil mali sibi conscii, restiterunt. Quo facto pera, quam Cynicus quidam in fuga abjecerat, inspecta, non lupina aut liber philosophicus panisve ater in ea reperiuntur sed aurum unguentum speculum tesseræ. Quibus

ad iram impulsa Philosophia exclamat: « Proh pudor! haec igitur viatica tibi erant exercitationis tuae istisque instructus omnes mortales ut convitiis lacesere tibi liceret postulabas, utque hominibus imperitis rectam viam monstrares eosque excoleres. » Ad quae Parrhesiades sive Lucianus non sine gaudio respondet: « Eiusmodi, ut tu nuperrime vidisti, isti sunt »; deinde Philosophiae et asseclis eius suadet, ut rationem excogitent, qua veri philosophi a falsis in posterum dignoscantur. Quo munere Veritas suscepto auctor est, ut singulos ordine visant Parrhesiades et Elenchus, germanosque philosophos oleaginis frondibus coronent, sin vero in subdititium incidant, eius fronti notas inurant vulpis vel simiae figuram praebentes. Nisi autem egregie fallor, ad summum duobus cauteribus opus est, altero, cuius typus est vulpes, altero, cui simiae figura est incisa; quam ob causam Parrhesiades, qui huius cognitionis exitum jam praevideat, dicit: *ὄψει αὐτίκα μάλα τοὺς πολλοὺς αὐτῶν ἀλωπεκίας ἢ πιθηκοφόρους, ὀλίγους δὲ καὶ ἐστεφανωμένους.* Nunc inspice mihi ipsum huius fabulae finem, ubi idem audimus dicentem: *πλὴν οἶδ' ἐγὼ ὡς ὅποι ποι' ἂν ἀπέλωμεν, ὀλίγων μὲν τῶν στεφάνων* (Sommerbrodtius in editione sua anno 1889 in lucem emissa τῶν articulum omittit, vitio typhotico, ut apparet) *πολλῶν*

δὲ τῶν καυτηρίων δεησόμεθα, et mihi concedes, spero, ultimam partem absurdam esse. Quorsum enim magno numero cauteriorum opus est? Duo illa supra memorata satis sunt superque ad sexcentos sceleratos notandos, neque quisquam serio contendet, ut opinor, ferrea illa instrumenta longo usu tantopere conteri consumique, ut omnibus non sufficiant. Quocirca corruptum esse locum nostrum persuasum mihi habeo, lenissimo autem remedio sanandum; sic enim legerim: *πλὴν οἶδ' ἐγὼ ὡς ὅποι ποι' ἂν ἀπέλθωμεν, ὀλίγοις μὲν τῶν στεφάνων, πολλοῖς δὲ τῶν καυτηρίων δεησόμεθα.* Si quis forte dubitet, num verbum *δεῖσθαι* cum genitivo et dativo conjungi possit, inspiciat mihi Vit. Auct. § 15: *πῶς οὖν ἐγὼ πρίωμαι σε; παιδαγωγῶ γὰρ ἐδεόμεν ἰῶ παιδὶ καλῶ ὄντι [μοι] <sup>1)</sup>.*

CATAPLUS.

§ 15. *ἀναπηδήσας ἐθῆς ἀνυπόδητος οὐδὲ τὴν μελαντηρίαν ἀπονηψάμενος εἰπόμεν' μᾶλλον δὲ ἡγρούμεν, ἐς τὸ πρόσω ὄρῶν.*

Ultimo verbo mendam subesse teste Fritzschio

<sup>1)</sup> Pronomen *μοί* jure, ut opinor, Hartmannus in dissertatione sua delevit.

plures viderunt, neque ego, quin corruptum sit, dubito. Cobetus V. L. pag. 145 coniecit *θεών*, quam lectionem Fritschius jure improbavit, quamquam aliam ob causam atque ego.

Equidem enim hic quam maxime opus esse participio aoristi existimo; Fritschium autem ipsum verbum *θεῖν* offendisse videtur, namque *ὄρμων* in textum recepit. At e loco, quem affert ad conjecturam suam stabiliendam, luculenter apparet aoristum tempus esse necessarium, ut modo dicebam. Provocat enim ad Eurip. Hippolyt. vs. 827:

ὄρνυς γὰρ ὡς τις ἐκ χειρῶν ἄφαντος εἶ  
πήδημ' ἐς Αἴδου κραιπνὸν ὄρμησασά μοι.

Praeterea componi potest Xenoph. Anab. I. 8. § 25:  
*ὡς δ' ἡ τροπή ἐγένετο, διασπείρονται καὶ οἱ Κόρον ἐξακόσιοι εἰς τὸ διώκειν ὄρμησαντες.*

Aliud quid mihi in mentem venit: Lucianum *θορών* voluisse, quae vox quam facile in *ὄρων* abire potuerit, vides. Non nescio profecto verbum *θρόσκειν* poeticum esse, sed in Nostro illud haud magni est momenti. Primum enim, quamquam simplex non reperitur, *διέφυγον ἀναθορόντες* profertur Prometh. in Verb. § 4; Dial. Marin. II § 3: *ὡς βαθὺν ἐκοιμήθης, ὦ τέκνον, ὃς οὐκ ἐξέθορες μεταξὺ τυφλοῦμενος*; Hermotim.

§ 71: ὁ λόγος ἀπὸ τοῦ ὕπνου ἐκθορεῖν ἐποίησε. Deinde, Lucianus a poeticis locutionibus prorsus non abhorret, easque orationi solutae intermiscet, cuius rei exempla aliquot v. d. Sakorrapphus congressit Mnemosyn. XXI (anno 1893) pag. 279, quae adscribere mihi liceat. Dial. Mort. XVII § 2: ἀναίνεσθαι (etiam Xenoph. Cyrop. II. 1. § 31. Demosth. XXXVI § 31).

Piscat. § 6: ἐριδαίνειν.

Catapl. § 1: ἐμπολᾶν (Xenoph. Anabas. VII. 5. § 4).

Hermotim. § 23: ἐσσύμενον.

Alexandr. § 9: οὐχ ἐκάς (etiam Thucyd. I. 80).

Rhet. Praec. § 4: ἐνεσθε (etiam Dial. Marin. XIV § 3).

de Mort. Peregrin. § 7: νείοθεν.

Addo Hermotim. § 20: δέδορκας; idem verbum occurrit Tim. § 21, de Hist. Conscrib. § 37, Icarom. § 6, [Calumn.] § 5 et § 10.

Quam ob causam non sine probabilitate Sakorrapphus l. l. Piscat. § 40 pro ἄλλως γὰρ δεδίασι τὴν δίκην (alii: Δικαιοσύνην) conjecit αἰνῶς γὰρ δ. τ. δ.

Ut autem redeam, unde exorsus sum, nisi melius aliquid proponitur, verisimillimum duco verba πρόσω θορῶν in πρόσω ὀρῶν depravata esse.

§ 21. ΧΑΡΩΝ. ἄγε δὴ τὰ πορθητεῖα πρώτων ἡμῖν ἀπόδοτε

καὶ σὺ δός· παρὰ πάντων ἤδη ἔχω. δός καὶ σὺ τὸν ὀβολόν,  
ὦ Μικυλλε.

Valde suspecta mihi sunt verba καὶ σὺ δός nomine proprio non addito. Insuper duo tantum mortui sunt, quos obolum secum non habituros esse suspicamur: Micyllus, qui mox nominatur, et Cyniscus, qui paulo ante (§ 19) se naulum solvere non posse declaravit. Molesta illa verba e sequentibus δός καὶ σὺ τὸν ὀβολόν in textum se insinuasse videntur.

Eadem §. XAP. ὦ καλῆς ναυιλίας καὶ ἐπιπεροδῶς τήμερον. ἀποβαίνετε δ' ὅμως· ἐγὼ δὲ ἵππους καὶ βοῶς καὶ κύννας καὶ τὰ λοιπὰ ζῶα μέτειμι.

Conjunctio ὅμως nihil hic significat, pro qua ὑμεῖς legerim. Sic bene opponuntur Mercurius Clotho mortui, qui naviculam relinquere debent, et Charon, qui revertitur, ut equos trajiciat ceterasque bestias.

#### DE MERCEDE CONDUCTIS.

§ 10. ἀλλὰ πολλῆς μὲν τῆς διαδρομῆς δεῖ, συνεχοῦς δὲ τῆς θηραυλίας, ἔωθέν τε ἐξανασιάμενον περιμένειν ὠθοῦμενον κ.τ.έ.

Legendum est ἐξανασιάντια, ut in locis geminis infra § 24: ἔωθέν τε ὑπὸ κώδωνι ἐξανασιάζ . . . συμπεριθίς

ἄνω καὶ κάτω. § 25: *χρηὶ οὖν σε αἰεὶ σὺν αὐτῷ (scil. τῷ τριβῶνι) ὀρᾶσθαι καὶ μηδέποτε ἀπολείπεσθαι, ἀλλὰ ἔωθεν ἕξανασιάνια παρέχειν σεαυτὸν ὀφθησόμενον ἐν τῇ θεραπείᾳ κ.τ.λ.*

ΑΠΟΛΟΓΙΑ.

§ 3. *μὰ γὰρ τὸν Δί' οὐχ ὀρῶ τὴν ἀπολογία, ἦτις ἂν ἐμπρόσωπός σοι γένοιτο πρὸς τοὺς κατηγοροῦντας, καὶ μάλιστα, ἦν σὺν γέλωτι αὐτὸ ποιῶσιν ἐπαινοῦντες μὲν τὰ γεγραμμένα καὶ τὴν ἐν αὐτοῖς ἐλευθερίαν, αὐτὸν δὲ τὸν συγγραφέα δουλεύοντα ὀρῶντες καὶ ἐκόντα ὑποτιθέντα τὸν ἀρχένα τῷ ζυγῷ.*

Sabinus Luciani necessarius verba faciens fingitur se omnino non intellegere, quomodo ille defensionem excogitare possit, quae quidem speciose et probabiliter se habeat, adversus ea, quae illi objiciant accusatores. « Praesertim si accusationem cum risu faciant », inquit, (id est: rem in ludibrium vertant) « laudantes libertatem, quae in scriptis tuis conspicua est, ipsum verum auctorem *δουλεύοντα ὀρῶντες.* » Non multis verbis opus est, opinor, ad demonstrandum ὀρῶντες participium huc minime convenire.

Verba ἐπαινοῦντες μὲν τὰ γεγραμμένα et αὐτὸν δὲ τὸν συγγραφέα δουλεύοντα ὀρῶντες non bene respondent inter se: etenim ridiculum illud non eo efficitur, quod

scriptorem servientem *vident*, sed eo, quod servientem eum *faciunt*, *inducunt*, tamquam digito inspectantibus monstrant illum Lucianum, qui sua sponte in collo ipse sibi jugum imposuerit. Quod si recte vidi, pro ὁρῶντες legendum est εισάγοντες, ut Icarom.

§ 9: οὐδὲν γὰρ ὅτι μὴ τοῖς κωμικοῖς δορυφορήμασιν εἰσκότας αὐτοῦς (scil. τοῖς θεοῖς) εισάγουσι, et de Hist. Conscrib.

§ 23: ἴδοις γὰρ ἂν ἀφθόνους τοιοῦτους συγγραφέας, τοῦ Ῥοδίου κολοσσῶ τὴν κεφαλὴν νανῶδει σώματι ἐπιτιθέντας, ἄλλους αὖ ἔμπαλιν ἀκέφαλα τὰ σώματα εισάγοντας κ.τ.έ.

§ 13. ὡς δὴ μικρὰ μεγάλοις εἰκάζειν, ἣν ἐθέλης ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς τοῦ σωροῦ κορυφῆς ἐφ' ἕκαστον τοῦτων, ἀφ' ὧν σύγκειται, καταβαίνειν, ὅψει ὅτι μεγέθει καὶ σμιζρότητι διαλλάττομεν τῶν ἀκροτάτων, τὰ δ' ἄλλα μισθοφόροι ὁμοίως ἅπαντες.

Verba τῶν ἀκροτάτων expungenda sunt cum codice Vaticano 87, quod etiam Sommerbrodtius voluisse videtur, si quidem eius annotationem criticam ad hunc locum recte intellego; iniquo vero casu, ut opinor, cancelli in textu omissi sunt.

§ 15. ταυτιά σοι, ὦ ἐταῖρε, καίτοι ἐν μυρίαῖς ταῖς ἀσχολίαις ὧν ὁμως ἀπελογησάμην, οὐκ ἐν παρέργῳ θέμενος τὴν λευκὴν παρὰ σοῦ καὶ πλήρη μοι ἐνεχθῆναι.

Valde suspecta mihi sunt verba καὶ πλήρη.

Quoties enim sermo est de iudicio quodam, Lucianus utitur vocibus ἡ λευκή (nostro loco et Harmonid. § 3, ubi verba καὶ σόζουσαν manifeste interpolata sunt), contra ἡ μέλαινα (Piscat. § 21) aut ἡ τετροπημένη (Bis Accusat. § 35): τὴν πλήρη autem, id est τὴν μὴ τετροπημένην, prorsus idem significare quod τὴν λευκήν, calculum, quo reus absolvitur, colligitur ex nobili loco Aeschinis I § 79. ὁ κήρυξ ἐπηρώτια ὑμᾶς τὸ ἐκ τοῦ νόμου κήρυγμα, τῶν ψήφων ἡ τετροπημένη ὅτι δοκεῖ πεπορευθεῖσαι Τιμαρχος, ἡ δὲ πλήρης ὅτι μὴ." Noli igitur credere Lucianum molesta illa verba καὶ πλήρη addidisse, verum sine dubio e scholio ad hunc locum irrepserunt hoc modo conscripto: δύο γὰρ ψῆφοι τοῖς νικῶσιν ἀνέκειντο, λευκή καὶ πλήρης, ὥσπερ τοῖς ἡττομένοις ἡ μέλαινα καὶ ἡ τετροπημένη.

#### HERMOTIMUS.

§ 5. οὐδὲν ὅμοιον, ὦ Ανάνε, οὐδ' ἔστι τὸ πράγμα τοιοῦτον, οἶον σὺ εἰκάξεις, ὡς ὀλίγω χρόνῳ κατεργασθῆναι καὶ ἀλῶναι, οὐδ' ἂν μυρία Ἀλέξανδροι προσβάλωσιν ἐπεὶ πολλοὶ ἂν οἱ ἀνιόντες ἦσαν.

Si paulo accuratius haec verba et praecedentia consideraverimus, in ultima illorum parte absurdi aliquid inesse videbimus, quod hactenus criticos fugisse videtur.

Quae autem est res? Lycinus subridens rogaverat, quanto altior et levior mons, in quo Veritas habitet, censendus sit Aorno, castello illo fere invicto, quod Alexander paucos intra dies expugnaverit, et Hermotimus duas illas res nihil commune habere respondet: etiamsi decem millia virorum fortium, qualis Alexander esset, in Veritatis arcem impetum facerent, ne tunc quidem tam exiguo tempore illam capi posse; « etenim si labor tam facilis esset », inquit, « quam tibi videtur, πολλοὶ ἂν οἱ ἀνιόντες ἦσαν. »

Quid hoc est? Num fieri potest, ut Hermotimus dicat: « Si tu, Lycine, recte moneres, multi essent, qui ascenderent », vel potius, « qui ascendere conarentur? » Minime, ut opinor; nam vel pueris notum est illa tempestate non paucos hercle illam viam, quae ad Veritatem ducere dicatur, ingressos esse, philosophiae studio se dedisse, quod, si exemplo opus est, ex Piscatore praesertim dialogo clare patet.

Insuper illa verba, quae per se spectata jam offendunt, adversis frontibus pugnant cum sequentibus: νῦν δὲ ἐνάροχονται μὲν οὐκ ὀλίγοι. Corruptum igitur esse participium ἀνιόντες ex eis efficitur, quae disputavi, neque diu remedium quaerendum videtur. Hermotimus enim, nisi fallor, non dicere voluit, si amicus rem acu tetigisset, magnum hominum numerum in Veri-

tatis montem ascensurum, sed *in eius cacumen perventurum*, totam illam longam lubricamque viam usque ad finem confecturum esse. Conficere autem viam graece dicitur *ἀνύειν ὁδόν*, at nudum verbum illud sine hoc vocabulo aliquoties eandem habet significationem, velut Thucyd. II 97 § 2: (sermo est de magnitudine finium Odrysarum) *τὰ μὲν πρὸς θάλασσαν τοσαύτη ἦν· ἐς ἡπειρον δ' ἀπὸ Βυζαντίου ἐς Λαιαίους καὶ ἐπὶ τὸν Σιτρομόνα . . . ἡμερῶν ἀνδρὶ ἐδξώνῳ τριῶν καὶ δέκα ἀνύσαι.*

Soph. Antig. vs. 231 seq.:

*τοιαῦθ' ἐλίσσω ἦνντον σχολῆ βραδές,  
χοῦτως ὁδὸς βραχεῖα γίγνεται μακρά.*

Trachin. vs. 655 seq.:

*ἀφίκοι' ἀφίκοιτο μὴ  
σταίη πολύκωπον ὄχημα ναὸς αὐτῶ,  
πρὶν τάνδε πρὸς πόλιν ἀνύσειε.*

Eurip. Hippolyt. vs. 742 seq.:

*Ἐσπερίδων δ' ἐπὶ μηλόσπορον ἀκτιὰν  
ἀνύσαιμι τᾶν αἰοιδῶν.*

Si igitur pro participio *ἀνιόντες* substituerimus *ἀνύοντες*, dummodo verba *τὴν ὁδόν* mente addamus, non longe a scopo, credo, aberrabimus.

Paulo inferius: *ὅσοι δ' ἂν ἐς τέλος διακατηρήσωσιν,*

οἷτοι . . . . εὐδαιμονοῦσι. . . . οἷον μύρμηκας ἀπὸ τοῦ  
ἕψους ἐπισκοποῦντις τινας τοὺς ἄλλους.

Pronomen *τινάς* recte se non habet. Si ad verborum collocationem attendimus, ad *τοὺς ἄλλους* referri debet, quod sensum idoneum non praebet; ideo ordinem sententiae sic esse instituendum dicunt: *οἷον μύρμηκας τινας ἀπὸ τοῦ ἕψους ἐπισκοποῦντις τοὺς ἄλλους*, quod ut salva lingua fieri liceat, vereor quam maxime. Ceterum, utcumque id est, *τινάς* abundat, nam pronomina *οἷον* et *τινάς* in eiusmodi sententia prorsus idem valent, nempe: «quasi si formicae essent, reliquos homines intuentur illi, qui ad Veritatis montis fastigium accesserunt» Quam ob causam cum Solano facere non possum, qui, ut Fritzschius refert, *οἷον μύρμηκας τινας* «videtur» legere voluisse. Restat, ut *τινάς* deleamus, quod pronomen inter litteras *-τες* et articulum *τοὺς* facile sane nasci potuit.

Eadem §. *ΛΥΚ. παπαί, ὦ Ἐρμούμιε, ἡλίκοις ἡμᾶς ἀποφαίνεις, οὐδὲ κατὰ τοὺς Πυγμαίους ἐκείνους, ἀλλὰ χαμαιπετεῖς παντάπασιν ἐν χοῦ τῆς γῆς. εἰκότως ὑψηλὰ γὰρ ἦδη φρονεῖς καὶ ἄνωθεν.*

Quid sit *ἄνωθεν φρονεῖν*, nemo adhuc expedire potuit, ut opinor. Interpres Reitzianus in latinum transfert hoc modo: «Nec mirum: jam enim altum sapis, et

e summo», verba, quae et ipsa interpretis indigent quam maxime. Fritzschius autem ad sanandum nostrum locum medelam adhibuit, qua alibi saepe feliciter est usus; statuit enim lacunam post adverbium *ἄνωθεν*, quam ingeniose, ut semper fere, explet. Longum erat totam eius argumentationem hic adscribere, quam, qui velit, perlegat apud ipsum; monere sufficiat ei *παντάπασι* adverbium non placere, ex unius autem codicis lectione *πάντα παθεῖν* eum elicere *πάντα πατεῖς*, quae verba post *ἄνωθεν* inserit.

Ingeniosam eam conjecturam esse modo dicebam, justam vero vel probabilem praecise nego. Primum enim *παντάπασι*, quod cum locutione *ἐν χοῦ τῆς γῆς* arecte conjunxerim, nihil habet offensionis. (In transitu autem observare mihi liceat loquendi formulam *ἐν χοῦ τινος* Luciano esse familiarem, ut significet vicinitatem quam proximam, cfr. Zeux. § 6, de Hist. Conscrib. § 24, Adv. Indoct. § 3, quae formula originem traxisse videtur a notissima locutione *ἐν χοῦ κεκάσθαι* plerumque de athleticis usurpata, qua cum alii scriptores tum Noster usus est verbi causa hoc dialogo § 18: *ἐν χοῦ κονρίας*, Bis Accusat. § 20, Dial. Meretric. V § 3: *ἐν χοῦ δὲ ὤφθη αὐτῇ, κατάπερ οἱ σφόδρα ἀνδρώδεις τῶν ἀθλητῶν, ἀποκεκαρμένη*, Ibid. XII § 4 et § 5, Fugit. § 27 bis.). Deinde, quod majoris est momenti, sen-

tentia *ἀνώθεν πάντα πατεῖς*, quam Fritzschius proposuit, huc prorsus non quadrat. Verum enim non est Hermotimum «desuper omnia conculcare», ut ipse auctor conjecturae latine reddit: immo longe alia est res. Hermotimus animi ardore et studio incensus philosophos, qui ad summum montem pervenerint, felicissimos praedicat, homines *ιδιώτας* longa illa et ardua via defessos deterritosque despicit atque contemnit, sed nihil amplius; neque quidquam legimus, unde colligamus eum praeterea *omnia* subvertere et proterere velle.

Denique ipse sensus «conculcandi» minus aptus videtur ad Lycini responsum, quod non magis acerbum, quam leni ironia adpersum est. Quae cum ita sint, Fritzschi rationem ut sequaris equidem non suadeam. Aliud remedium, quo huic loco subveniatur, repperisse mihi videor: Quid ergo? *καί* particula, ut saepe, sic nunc quoque nos ludificavit, quam si recideris, omnia in vado erunt. Quin et illud accedit, quod verborum lusum quemdam lucrabimur, qui a nostro loco minime alienus videtur. Ergo Lycinus blande ridens ad tumidam amici orationem sic fere respondet: «Papae, Hermotime, quantillos nos depingis, ne similes quidem Pygmaeis illis, sed omnino humillima statura, ut parvulas bestiolas quam proxime

terrae repentes. Sed quid mirum? *Editissimus scilicet locus, quem tot post annos occupasti, altos spiritus tibi attulit.*»

§7 καὶ γὰρ ἐκεῖνος (scil. Ἡρακλῆς ὁ ἐν τῇ Οἴτῃ) ἀποβαλὼν ὀπόσον ἀνθρώπειον εἶχε παρὰ τῆς μητρὸς καὶ καθαρὸν τε καὶ ἀκίρατον φέρων τὸ θεῖον ἀνέπιπτο ἐς τοὺς θεοὺς . . . .

Et hic *καὶ* ante adjectivum *καθαρόν* expungendum videtur, quod loci sententiam pessumdat. Sensus enim verborum hic est: «Quum ille, quidquid humani a matre habebat, abjecisset, puram sinceramque divinitatem secum ferens in coelum evolavit.»

Ideo non «coordinatione», ut grammatici hodierni loquuntur, sed «subordinatione» duo illa participia ἀποβαλὼν et φέρων conjuncta esse debent, quod fiet, si mecum *καὶ* deleveris.

§19. *EPM.* διὰ τί τοῦτ' ἔφησθα;

*ΛΥΚ.* ὄχι, ὄραθέ, ἀνδριάντων ταύτην ἐξέτασιν λέγεις τὴν ἀπὸ τῶν σχημάτων παρὰ πολὺ γοῦν ἐκεῖνοι εὐσχημονέστεροι καὶ τὰς ἀναβολὰς κοσμιώτεροι . . . .

Quoniam e praecedentibus Lycini verbis luculenter apparet, qualem ἐξέτασιν ille velit, verba τὴν ἀπὸ τῶν σχημάτων in marginem releganda sunt.

Praesertim in hoc nobilissimo dialogo non tolerandum videtur bis legi in proxima vicinia vocabulum *σχημάτων*, quum insuper adjectivum *εὐσχημονέστεροι* statim sequatur. Expulsis verbis, quae modo notabam, optime Lycinus respondebit: « Quia ista tua cognitio non hominum est sed statuarum; illae enim multo magis compositae sunt et elegantioribus vestibus indutae, si ab artifice, qualis est Phidias vel Myron, summa arte sunt elaboratae. »

Eadem §. *πλὴν εἰ δοκεῖ, οἱ μὲν ἔξω ἡμῖν φιλοσοφίας μενέτωσαν οἱ τωφλοί, ἐπειπερ μηδὲ ὀρθῶσι.*

Denuo textus noster interpolatione liberandus est, nempe verbis *οἱ τωφλοί*. Nota res est librarios addita-  
menta de suo largiri, si in sententia bipartita utraque pars incipiat ab articulo, particulis *μὲν* et *δέ* discreta, cuius rei exempla in quovis scriptore obvia sunt. In Nostro idem vitium correxi Dial. Deor. X §2.

§23. *νή Δί', ὦ Ἐρμόδιμε, πάντων μάλιστα ἐπὶ τοῦτο σπουδασιέον, τῶν δ' ἄλλων ἀμελητέον, καὶ μήτε πατριδος τῆς ἐνταῦθα ἐπιλαμβανομένης πολὺν ποιεῖσθαι λόγον μήτε παίδων ἢ γονέων, ὅτι εἰσὶν, ἐπικατεχόντων καὶ κλαυθμυριζομένων ἐπικλάσθαι.*

Participium *ἐπικατεχόντων* mendosum esse Fritzschi

recte statuit praeunte Solano. Attamen viro illi doctissimo assentiri non possum Bekkero auctore recipienti *ὅτι εἰσὶν ἔτι, κατεχόντων* . . . . Nam, hoc si verum esset, verba *ὅτι εἰσὶν ἔτι* «cui etiamnunc supersunt» ad unicum *γονέων* vocabulum referenda forent, quod, quum per se jam satis contortum sit, propter arctum vinculum, quo voces illae *παίδων* et *γονέων* conjunctae sunt, vix et ne vix quidem licet, nisi fallor egregie. Quae cum ita sint, Bekkeri mutatio, quamvis lenissima et fere nulla, improbanda videtur.

At duo alia remedia afferri possunt, quorum alterum hoc est, ut molestam illam praepositionem *ἐπί* una litura deleamus, utpote quae facillime librariorum errore ex praecedenti verbo *ἐπιλαμβάνεσθαι* vel ex sequenti *ἐπικλᾶσθαι* oriri potuerit, alterum in eo consistit, ut *ἐπί* a verbo *ἐπικατεχόντων* detractum, ad quod non pertinet, affigamus participio *κλαυθμυρίζομένων*. Quae ratio potior est, ut opinor; nam, quamquam compositum *ἐπικλαυθμυρίζεσθαι* neque apud Lucianum neque fortasse usquam invenitur, tamen, quominus scriptor adhiberet, nihil obstitisse intellegimus collatis verbis *ἐπιστενάξειν* (Catapl. § 20; Bis Accusat. § 28), *ἐπιγελᾶν* (Dial. Mort. II § 1, VI § 4; Anach. § 13), *ἐπέδχεσθαι* (Catapl. § 11), *ἐπευφημείν*

(Tox. § 42), *ἐπαιάζειν* (Dial. Deor. XIV § 2), *ἐπάδειν* (Dial. Mort. II § 2 bis), *ἐπιδακρύειν* (de Merced. Cond § 3), *ἐπιρροαφωδεῖν* (Necyomant. § 4).

§ 33. οὐχοῦν ἦν τινα τῶν ἀθλητῶν ἴδη ἀσχοῦμενον πρὸ τοῦ ἀγῶνος, λακτίζοντα ἐς τὸν ἀέρα ἢ πᾶξ κενὴν πληγὴν τινα καταφέροντα, [ὡς τὸν ἀνταγωνιστὴν δῆθεν παίοντα], εὐθὺς ἀνακηρύξει αὐτὸν ἀγωνοθέτης ὢν ὡς ἀμαχόν τινα . . .

Verba, quae uncis inclusi, delenda sunt: supervacaneum enim et fere dicam puerile efficiunt interpretamentum, praesertim in hoc sententiarum nexu intolerabile. Notandum est saepe voculas *δή*, *δῆθεν*, *δῆλον* ὅτι, *οἶμαι*, *λέγω* (*λέγει*) interpolationem arguere; cfr. quae dixi ad Prometh. in Verb. § 2.

Paucis verbis post fortasse idem magister sua verba inter genuina scriptoris inseruit, nunc non tantum, ut supra, inepta, sed prorsus falsa, τὰ νεανιέματα scilicet. Vocabulum *νεανιένμα* praeter hunc locum alibi apud Nostrum me legere non memini, sed verbum *νεανιέεσθαι* invenio de Saltat. § 70, Bis Accusat. § 21, Hercul. § 7, Anachars. § 39, quibus omnibus locis significat «juvenili audacia jactantiave dicere vel agere aliquid». Hic autem sensus num nostrum in locum quadrare videtur? Non credo: illae enim

exercitationes corporis, quibus *omnes* athletas cum majores tum minores natu quotidie se dare res ipsa clamat (inspiciatur verbi gratia Anachars. § 4: ἄλλοι δὲ ἀλλαγῶθι πάντες ἐγρονοῦσι καὶ ἀναπηδῶσιν ὥσπερ θεόντες, ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ μένοντες, καὶ ἐς τὸ ἄνω συναλλόμενοι λακίζουσι τὸν ἀέρα), nullo modo *νεανειύματα* appellari possunt Immo vero ea verba ex ingenio lectoris cuiusdam effluerunt, qui rudis in illa materia, ut alter Anacharsis, opinionem suam, cuicumodi est, ea annotatione indicare voluit. Quam si in marginem, unde praepostere in textum se insinuaverit, repellamus, profecto desideremus nihil.

Magistellus. quisquis est, omnem suam explanandi scientiam in hanc unam paragraphum contulisse videtur; considera, quaeso, sententiam paulo inferioriorem: ἦν τύχῳσι ποτε καὶ διαπειρωσι τὰ κάρφῃ, ἀνέκρονον εὐθὺς ὡς τι μέγα ποιήσαντες, εἰ διεξελέλυθεν αὐτοῖς τὸ βέλος διὰ τῶν φρυγάνων.

Quis homo sanus adeo inepte balbutit?

Fraudem aperit codex Vindobonensis 114 (H) sic exhibens: διαπειρωσι τὰ κάρφῃ, εἰ διεξελέλυθεν αὐτοῖς τὸ βέλος διὰ τῶν φρυγάνων, ἀνέκρονον εὐθὺς ὡς τι μέγα ποιήσαντες. Resecto igitur insiticio illo εἰ δ. α. τ. β. δ. τ. φ. optime sententia clauditur verbis ὡς τι μέγα ποιήσαντες.

§ 59. ὄρα δὲ καὶ τὸ μετὰ τοῦτο· φιλοσοφία καὶ οἱ φιλοσοφοῦντες οἷον ὁ διδάσκαλος ὁ σός, ἄρα ταῦτα πρὸς ὑμᾶς λέγει ὁσημέραι [καὶ] περὶ τῶν ἀδιῶν, ἢ ἄλλα ἄλλοιτε; ἀλλὰ γὰρ ἐστὶ πρόδηλον, ὧ ἑταῖρε· οὐ γὰρ ἂν εἴκοσιν ἔτη παρέμενες ἀδιῶ κατὰ τὸν Ὀδυσσεῖα περινοσιῶν καὶ περιπλανώμενος, εἰ τὰ ἀδιὰ ἔλεγεν, ἀλλ' ἀπέχρη ἂν σοι καὶ ἄπαξ ἀκούσαντι.

καὶ illud post ὁσημέραι Cobetus V. L. pag. 241 optimo jure exterminavit; deinde Sommerbrodtius sine dubio recte pro ἢ οὐκ ἂν εἴκοσιν ἔτη παρέμενες ἀδιῶ, quod omnes codices praebent, correxit οὐ γὰρ ἂν κ.τ.έ., sed lectio ἀλλὰ γὰρ ἐστὶ πρόδηλον, quam e conjectura in textum recepit ille vir doctus, probari nequit, ut opinor. Ab initio autem rem pertractemus. Codex Marcianus 434 (Q) et Vulgata habent πολλὰ γὰρ ἐστὶ, πρόδηλον, Vindobonensis 114 (H) πολλὰ γὰρ ἐστὶν πρόδηλα, Guelferbytanus II (G) πολλὰ γὰρ ἐστὶ. *ERM.* πρόδηλον, ὧ ἑταῖρε. *ΛΥΚ.* ἢ οὐκ ἂν . . . ., quod etiam Schmiedero perperam venerat in mentem; denique Jacobsius conjecit ὅτι πολλὰ γὰρ ἐστὶ, πρόδηλον: quas omnes scripturas conjecturasque Fritzscheus in annotatione ad hunc locum haud injuria exposuit monens verba πολλὰ γὰρ ἐστὶ hic nihil significare, prorsusque absurda esse, nisi τὰ λεξιτέα vel eiusmodi aliquid adderetur. Quid vero ipse excogitavit? πολλοῖς

*γάρ ἐστι πρόδηλον* i. e. « multis enim argumentis id est evidens », ut latine reddit. Num autem verum repperit, difficile est ad credendum: etenim si recepimus, quod ab eo propositum est, minime liquet, quid tandem multis argumentis evidens sit, utrum philosophi de rebus eisdem eadem profiteantur quotidie, necne, et licet e sequenti enuntiato intellegere possimus scriptorem hoc voluisse, tamen verborum nexus adeo mancus et dissolutus existit, ut Luciano eum obtrudere praesertim in hoc celeberrimo dialogo vehementer verear.

Nunc venio ad ea, quae Sommerbrodtius edidit *ἀλλὰ γάρ ἐστι πρόδηλον*. Primum observatum esto Fritzschiium hanc correctionem jam anno 1826 publici juris fecisse in « Quaestionibus Lucianeis », quae res Sommerbrodtium fugisse videtur; deinde idem Fritzschius anno 1870 in editione hanc suam conjecturam rejecit, neque injuria me auctore. Si enim ad verba *ἀλλὰ γάρ ἐστι πρόδηλον* animum adverteris, statim tibi apparebit eodem vitio illa laborare, quo altera conjectura Fritzschiiana, de qua supra dixi. « At enim manifesta res est, amice », Lycinus pronuntiat, si Fritzschiium audimus, sed quidnam tam manifeste in oculos incurrat, de eo altum est silentium. Quod Sommerbrodtius quoque sensisse videtur prudenter

vertens: »At enim manifestum est *alia alias* ». Ita est: eiusmodi sententia, quae verbis «*alia alias*» exprimitur, prorsus carere non possumus non solum in *translatione* sed etiam in *contextu*. At vero Sommerbrodtii lectionem non penitus repudiem, quae viam praemuniverit ad eruendam veritatem. Ut dicam quid sentiam: mutatio voculae *πολλά* in *ἀλλά* magnopere mihi arridet, ita tamen, ut non conjunctio sit, sed mutato accentu pronomen prodeat. Porro si *γάρ* particulam expulerimus, haec habebimus: *ἄρα ταυτὰ πρός ὑμᾶς λέγει ὁσημέραι περὶ τῶν αὐτῶν, ἢ ἄλλα ἄλλοτε; ἄλλα, ἐστὶ πρόδηλον, ὃ ἐιπαίρε' οὐ γὰρ ἄν κ.τ.έ.* «*Utrum eadem vobis enarrat quotidie de rebus eisdem, an alia alias? De aliis rebus singulis diebus eum loqui manifestum est, amice*».

§ 64 in fine: *μόνος γὰρ δὴ οὕτως ἐδρεθῆναι φῆς τάληθές, ἄλλως δὲ οὐ.*

Post Cobetum (V. L. pag. 101), Dindorfium, Fritzscheium certatim pro *δὴ* corrigentes *ἄν* iniquo casu, credo, novissimus editor infelicem particulam retinuit; *δὴ* enim hoc loco nihili est, *ἄν* contra necessarium et unice verum.

§ 68. *καίτοι τό γε μέγιστόν τε ἅμα καὶ ἀναγκαιότατον ἐν τοῖς τοιοῦτοις, λέγω δὲ τοῖς ἀδύλοις τε καὶ ἀμφιβόλοις.*

ἐν τοῦτό ἐστιν, οἶμαι. Verbis λέγω δὲ τοῖς ἀδύλοις τε καὶ ἀμφιβόλοις libenter caruerim, quippe quae glossematis speciem prae se ferant. Coniunctio δὲ e conjectura in textum invecta est, omnes enim libri δὴ praebent, quod opinioni meae favet; (videantur, quae dixi ad § 33 huius dialogi). Perquam similis est alter locus a Cobeto V. L. pag. 294 tractatus, quem adscribere mihi liceat. In libello de Saltatione § 36 admodum eleganter de pantomimica arte haec dicit scriptor:

καὶ τὸ μὲν κεφάλαιον τῆς ὑποσχέσεως, μιμητικὴ τίς ἐστὶν ἐπιστήμη καὶ δεικτικὴ καὶ τῶν ἐννοηθέντων ἐξαγορευτικὴ καὶ τῶν ἀφανῶν σαφημιστικὴ, καὶ ὅπερ ὁ Θουκυδίδης περὶ τοῦ Περικλέους ἔφη ἐπαινῶν τὸν ἄνδρα, τοῦτο καὶ τὸ τοῦ ὄρχηστοῦ ἀκρότατον ἐγκώμιον ἂν εἴη, γυνῶν αἰ τε τὰ δέοντα καὶ ἐρμηνεῦσαι αὐτὰ: [ἐρμηνεῖαν δὲ νῦν τὴν σαφήνειαν τῶν σχημάτων λέγω.]

Ad quae ultima verba vir ille si quis alius Graecarum litterarum peritus annotat: «Corrige λέγει, pervulgato errore ex λέγ vel λέ nato. Dicuntur haec de Luciano non ab ipso, et in marginem ableganda sunt».

Eodem modo in loco, de quo agimus, a verbis λέγει δὴ magistelli nota incipit.

§ 70. ἐπεὶ καὶ τὰς ἀποδείξεις αὐτάς, ὁπόσας οἶόν τε εὐρίσκειν, ἀμφισβητουμένας ὄψει καὶ μηδὲν ἐχούσας βέβαιον

αἱ γοῦν πλεῖσται αὐτῶν δι' ἄλλων ἀμφισβητουμένων πείθειν ἡμᾶς βιάζονται εἰδέναι.

Quid ultimum verbum sibi velit, non intellego. Vertunt: «Persuadere nobis nituntur se scire»; at illud «se scire» de philosophis, qui demonstrationes adhibent, dici potest, de demonstrationibus vero ipsis non item. Persuasum mihi est εἰδέναι additum esse a nescio quo, qui infinitivum, quo verbum πείθειν illustraretur, injuria desideraret.

§ 74. λέγοντος γάρ τινος τῶν μεγαλοτόλμων τοῦτων ποιητῶν, ὡς γένοιτό ποτε τρικέφαλος καὶ ἐξάχειρ ἄνθρωπος, ἂν τὸ πρῶτον ταῦτα ἀπραγμόνως ἀποδέξη, μὴ ἐξετάσας εἰ δυνατὸν, ἀλλὰ πιστεύσας, εὐθὺς ἀκολούθως ἂν ἐπάγοι καὶ τὰ λοιπά, ὡς . . . καὶ δακτύλους τριάζοντα εἶχεν. [οὐχ ὥσπερ ἕκαστος ἡμῶν δέκα ἐν ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ].

Ridiculum emblemata quantocius expellendum est.

§ 78. ἔπειτα ἐς πόσον ἔτι τὸν λοιπὸν χρόνον ἀπολαύσεις αὐτοῦ γέρον ἤδη καὶ παντὸς ἡδέος ἔξωρος ὢν καὶ τὸν ἕτερον πόδα, φασίν, ἐν τῇ σορῶ ἔχων;

Verba τὸν λοιπὸν ab aliena manu addita videntur.

§ 86 sub finem: δοκῶ δέ μοι οὐκ ἀλόγως καὶ ξυρῆσθαι τὴν κεφαλὴν ὥσπερ οἱ ἐκ τῶν ναυαγίων ἀποσωθέντες ἐλεύθεροι,

*αἰτε καὶ σωτήρια τήμερον ἄξων τοσαύτην ἀγλὴν ἀποσεισάμενος τῶν ὁμιλιῶν.*

Melius, ut opinor, Fritzscheius edidit καὶ σωτήρια τήμερον ἄξειν, αἰτε τ. ἀ. ἀποσεισάμενος τ. ὁ., quum septem codices *E. Θ. Ω. H. M. α. Γ.* ἄξειν exhibeant, particula enim causalis αἰτε minus recte convenit verbis σωτήρια ἄξων.

Sed aliud quid majoris momenti me offendit: Quid adjectivum ἐλεῦθεροι significat? Nihil, ut opinor; quae enim causa esse potest, cur scriptor noster tanto pondere et vi declaret eos tantum, qui sui juris sint, capillos tondere solere, quum e naufragio feliciter sint servati, contra servos scilicet, qui capite raso totum iter fecerint? Immo ineptum illud discrimen nequaquam Luciani est, sed, si ἐλεῦθεροι incorrupte est traditum, id debemus interpolatori cuidam; nemo saltem negabit deleto illo adjectivo sententiam claram perfectamque evadere, ita ut nihil supra requiramus.

At, si attenderimus ad simillimum locum in libello de Merced. Cond. § 1, longe alia suspicio nobis nascitur. Ille autem constat hisce verbis: οὐ παρέργως οὐδὲ ἀμελῶς ἐπύκουον αὐτῶν κατὰπερ ναναγίαν τινὰ καὶ σωτηρίαν [αὐτῶν] παράλογον διηγουμένων, οἳοί εἰσιν οἱ πρὸς τοῖς ἱεροῖς ἐξυρημένοι τὰς κεφαλὰς, [συνάμα πολλοί]

τὰς τρικυμίας καὶ ζάλας . . . διεξιόντες, ἐπὶ πᾶσι δὲ τοῖς  
 Διοσκοπόρους ἐπιφαινομένους, . . . ἢ τιν' ἄλλον ἐκ μηχανῆς  
 θεόν . . . πρὸς τινα ἡϊόνα μαλακὴν ἀπευθόντοια τὴν ναῦν,  
 οἱ προσενεχθεῖσα ἔμελλεν ἢ μὲν . . . διαλυθῆσεσθαι, αὐτοὶ  
 δὲ ἀσφαλῶς ἀποβήσεσθαι χάριτι καὶ εὐμενείᾳ τοῦ θεοῦ.

Qua periodo, paulo longiore fortasse, collata veri  
 simile duco adjectivum ἐλεύθεροι depravatam esse ex  
 ἐλέφ τοῦ θεοῦ.

---

HERODOTUS.

§ 5. Ἔρωτες δὲ τινες μειδιῶνες ὁ μὲν . . . ὁ δὲ . . .  
 ἄλλος τῆς γλανίδος τοῦ Ἀλεξάνδρου ἐπειληγμένους, Ἔρωτες  
 καὶ οὔτιος, ἔλκει αὐτὸν κ. τ. λ.

Ut constructio sibi constet, particula δὲ post pronomen  
 ἄλλος inserenda est; deinde verba Ἔρωτες καὶ οὔτιος  
 abesse malim, quae venustam et elegantem descriptionem<sup>1)</sup>  
 Aetionis tabulae foede inquinant.

§ 6. οὐ παιδιὰ δὲ ἄλλως ταῦτά ἐστιν οὐδὲ περιείργασται

---

<sup>1)</sup> Descriptionem illam Raphaelus secutus est nuptias Alexandri  
 et Roxanes delineans; cfr. R. Förster „Lucian in der Renaissance“,  
 qui haec dicit pag. 19: „Seine (Raphaels) noch erhaltene Rotstift-  
 zeichnung hält sich mit archäologischer Treue an den Wortlaut  
 der Lucianischen Beschreibung. Nach dieser Zeichnung hat einer  
 seiner Schüler das heut in Palazzo Borghese befindliche Fresco  
 für eine römische Villa gemalt.“

(Sommerbrodtius *παρείργασται*, fortasse recte) *ἐν αὐτοῖς ὁ Ἀεΐων, ἀλλὰ δηλοῖ τοῦ Ἀλεξάνδρου καὶ τὸν ἐς τὰ πολεμικὰ ἔρωτα, καὶ οὐ ἅμα καὶ Ῥωξάνης ἤρα [καὶ τῶν ὀπλων οὐκ ἐπελέλιστο].*

Ultima pars, quam uncinis inclusi, delenda est: etenim ὁ ἐς τὰ πολεμικὰ ἔρωτος et τὸ τῶν ὀπλων μὴ ἐπιλελεῖσθαι prorsus idem valent. Molesta illa verba addita sunt ab aliquo, qui cum non intellexeret conjunctionem ἅμα arcte conjungendam esse cum verbis praecedentibus, τὸν ἐς τὰ πολεμικὰ ἔρωτα, sententiam, quam lacunosa perperam opinabatur, de suo supplevit.

§ 7. ἐγὼ δέ — καὶ πρὸς Φιλίου μὴ με κορυβαντιᾶν ὑπολάβητε μηδὲ τὰμὰ εἰκάζειν τοῖς ἐκείνου (scil. Ἡροδότου), ἴλεως ὁ ἀνὴρ — ἀλλὰ τοῦτό γε ὁμοιον παθεῖν φημι αὐτῷ . . .

Post vocabulum ἀνὴρ inserendum est εἴη vel ἔστω, quae deesse non possunt, quod sciam. Aliter judicat vir doctus du Mesnil <sup>1)</sup>, qui per ellipsin imperativum ἔστω *mente* supplendum esse autumat collatis his dictis: ἄλλης λόγων — τούτων μὲν ἄλλης — ταῦτα μὲν οὖν οὕτως, minus recte tamen, ut opinor. Ad meam sententiam probandam profero haec exempla:

<sup>1)</sup> „Grammatica, quam Lucianus in scriptis suis secutus est, ratio cum antiquorum Atticorum ratione comparatur.” Programm des städtischen Gymnasiums zu Stolp 1867.

Alexandr. § 4. αὐτὸς μὲν γὰρ τῷ γαμβρῷ Ῥουτιλιανῷ ποτε γράφων καὶ τὰ μετριώτατα ὑπὲρ αὐτοῦ λέγων Πυθαγόρα ὁμοίος εἶναι ἤξιλον. ἀλλ' ἴλεως μὲν ὁ Πυθαγόρας εἶη, σοφὸς ἀνὴρ καὶ τὴν γνώμην θεσπέσιος.

Toxar. § 56 πάνυ τραγικά, ὦ Τόξαρι, καὶ μύθοις ὅμοια καὶ ἴλεως (legendum ἴλεω et conferendum Soph. Oed. Col. 44 ἀλλ' ἴλεω ἐμὲ τὸν ἰκέτην δεξαίματο) μὲν ὁ Ἀζινάκης καὶ ὁ Ἄνεμος εἶεν, οὗς ὤμοσας· εἰ γοῦν τις ἀπιστοίῃ αὐτοῖς, οὐ πάνυ μεμπτός εἶναι δόξειεν αὐν (unus codex εἶεν omittit).

Philopseud. § 19. ἴλεως, ἦν δ' ἐγώ, ἔστω ὁ ἀνδρείος καὶ ἦπιος, οὕτως ἀνδρεῖος ὢν.

Eurip. Helen. 1007.

ἦ Κύπρις δέ μοι  
ἴλεως μὲν εἶη, ξυμβέβηγε δ' οὐδαμοῦ.

#### ZEUXIS.

§ 2. οὐκοῦν τοῦτο μόνον χάριεν τοῖς ἐμοῖς ἔνεστιν, ὅτι μὴ συνήθη μηδὲ κατὰ τὸ κοινὸν βαδίζει τοῖς ἄλλοις, ὀνομάτων δὲ ἄρα καλῶν ἐν αὐτοῖς καὶ πρὸς τὸν ἀρχαῖον κανόνα συγκειμένων ἢ νοῦ ὀξέος ἢ περινοίας τινὸς ἢ χάριτος Ἀττικῆς ἢ ἀρμονίας ἢ τέχνης τῆς ἐφ' ἅπασι, τούτων [δὲ] πόρρω ἴσως τοῦμόν.

Sommerbrodtius δὲ delevit; possis etiam conjicere δῆ, quae particula saepius adhibetur in figura, quae

epanalepsis dicitur, cfr. Dial. Mar. XIV § 2, de Merced. Cond. § 36, Alexandr. § 6, Conviv. § 43.

At, quicumque periodum inde a vocabulo *ονομάτων* usque ad *τοῦμόν* diligenter perlegerit, verba *ἐν αὐτοῖς* abundare sententiamque pessumdare mihi concedet.

§ 6 καὶ ἡ μῆξις δὲ καὶ ἡ ἀρμογή τῶν σωμάτων, [καθ' ὃ συνάπτεται καὶ συνδέεται τῷ γυναικείῳ τὸ ἵππικόν], ἡρέμα καὶ οὐκ ἀθρόως μεταβαίνουσα καὶ ἐκ προσαγωγῆς τρεπομένη λανθάνει τὴν ὄψιν ἐκ θατέρου εἰς τὸ ἕτερον ὑπαγομένην.

Satis recte et dilucide verba καθ' ὃ σ. κ. σ. τ. γ. τ. ἰ. interpretantur ἡ μῆξις δὲ καὶ ἡ ἀρμογή τῶν σωμάτων; si vero in marginem relegentur, locum obtineant, qui eis conveniat: Lucianus non is est, qui sua ipsius verba hoc modo explicare soleat.

§ 7. ταῦτα δ' οὐκ ἐπιδειξάμενος ὁ Ζεῦξις αὐτὸς μὲν ᾗθειο ἐκπλήξειν τοὺς ὀρθῶνας ἐπὶ τῇ τέχνῃ. οἱ δὲ αὐτίκα μὲν ἐβόων ἢ τί γὰρ ἂν ἐποίουν καλλίστῳ θεάματι ἐντυγχάνοντες;

Particula *ἢ* deleta inter *ἂν* et *ἐποίουν* inseruerim pronomen *ἄλλο*, nam sic Noster scribere consuevit; confer pauca de multis:

Scyth. § 10. οὕτω δὲ ἔχων ἐσοποτόμην ἤδη περὶ τῶν  
πρακτέων, καὶ τὸ μὲν δεῖξαι τὸν λόγον ὑμῖν πάλα ἐδέδοκτο.  
τίσι γὰρ ἂν ἄλλοις ἔδειξα σιωπῇ παροδεύσας τηλικαύτην  
πόλιν;

Alexandr. § 25. ὅλως δὲ ἄσπονδος καὶ ἀκήρυκτος αὐτῷ  
ὁ πόλεμος πρὸς Ἐπίκουρον ἦν καὶ μάλα εἰκότως. τίτι  
γὰρ <ἂν> ἄλλω δικαιοτέρον προσεπολέμει γόης ἄνθρωπος  
κ. τ. λ. (ἂν sine controversia recte supplevit Cobetus  
V. L. pag. 252; Fritschius eum secutus est nusus  
codice Marciano 517).

Toxar. § 20. ἐννόησον τοίνυν πρὸς θεῶν, ἦντινα ἂν  
τις ἄλλην ἐπιδείξιν ἐπιδείξαιτο εὐνοίας βεβαιωτέραν πρὸς  
ἄνδρα φίλον ἐν νυκτὶ ἐκπεσόντα ἐς πέλαγος οὕτως ἡγρωμένον  
ἢ κοινωνήσας τοῦ θανάτου;

Jupp. Confut. § 10. Cyniscus Jovem alloquitur hisce  
verbis: ἐγὼ δὲ — παρὰ τίνος γὰρ ἂν ἄλλον τάληθές ἢ  
παρὰ σοῦ μάθοιμι; — ἡδέως δὲ ἂν καὶ τοῦτο ἐροίμην σε,  
τίς ἢ Πρόνοια ὑμῖν αὕτη ἐστὶ κ. τ. λ.

Hesiod. § 3. ταῦτα οὖν παρὰ τίνος ἄλλον, Ἡσίοδε, ἢ  
παρ' αὐτοῦ σοῦ μάθοι τις ἂν;

§ 10. πρὶν ἢ τὸ τόξενμα ἐξικνεῖσθαι, ἐκκλίναντες σὺν  
οὐδενὶ κόσμῳ ἔφραγον.

Articulus ante τόξενμα expellendus est cum duobus  
codicibus. Prorsus eadem verba eodem modo sanavit

Cobetus V. L. pag 230 in Dial. Mort. XIV § 2, ubi tres codices et Vulgata verum servant.

In eiusmodi loquendi formulis articulus plane omitti solet, quam rem e Luciano et aliunde exemplis aliquot ostendere juvat.

Legimus *ἐντός βέλους* Anachars. § 25, Bacch. § 4.  
*ἐντός βελῶν* Xenoph. Cyrop. I 4 § 23, III 3, § 69.  
*ἔξω βέλους* Dial. Mar. II § 1; Navig. § 44.  
*ἔξω βελῶν* Dial. Deor. XIX § 2.  
*ἐκτός βέλους* de Hist Conscrib. § 4.  
*ἔξω τοξέματος* Thucyd. VII 30. § 2.  
*ἐντός τοξέματος* Eurip. Hercul. Fur. 991.  
*εἶσω ξίφους* Eurip. Orest. 1531.  
*πρὶν τόξευμα ἐξικνεῖσθαι* Xenoph. Anab. I 8 § 19.  
*ὅσον τόξευμα ἐξικνέεται* Herodot. IV 139.

§ 11. ἔπειτα τῷ τροπαίῳ κελεύει ἄλλο μηδέν, ἐλέφαντα δὲ μόνον ἐγκολάψαι.

Ante *μηδέν* excidit particula *μέν*, cfr. exempli gratia verba paulo inferiora: *τὰ μὲν ἄλλα οὐκ ἄξια μάχης, ἐλέφαντες δὲ τινες καὶ ξένα μορμολύχεια πρὸς τοὺς ὀρῶντας καὶ θανατοποιία ἄλλως.*

## HARMONIDES.

§ 3. οἱ μὲν γε τῶν Λακεδαιμονίων βασιλεῖς, τῶν ἄλλων ἐκάστου μίαν ψῆφον φερόντων, ἐκεῖνοι μόνοι ἑκάτερος αὐτῶν δὴ ἔφερον, σὺ δὲ καὶ τὰς τῶν ἐφόρων καὶ τὰς τῶν γερόντων προσέτι, καὶ ὅλως ἀπάντων ὁ πολυψηφότατος ἐν παιδείᾳ σὺ γε, καὶ μάλιστα ὅσῳ τὴν λευκὴν αἰεὶ [καὶ σώζουσαν] φέρεις.

Verba καὶ σώζουσαν interpolata esse jam dixi ad Apologiam § 15, ubi huius usus exempla quaedam collegi.

## SCYTHA.

§ 8. μακρὸν ἂν εἴη διηγήσασθαι, ὅπως μὲν ἦσθη ὁ Σόλων τῷ δώρῳ, οἷα δὲ εἶπεν, ὡς δὲ τὸ λοιπὸν συνῆσαν, ὁ μὲν παιδεύων καὶ διδάσκων τὰ κάλλιστα, [ὁ Σόλων], καὶ φίλον ἅπασι ποιῶν τὸν Ἀνάχαρσιν κ. τ. ἐ.

Quia satis, credo, liquet, uter sit ὁ παιδεύων καὶ διδάσκων τὰ κάλλιστα, deleantur verba ὁ Σόλων.

## QUOMODO HISTORIA SIT CONSCRIBENDA.

§ 6. ἀρχὴν δὲ οἷαν αὐτῷ ἀρκιέον καὶ τάξιν ἦρινα τοῖς ἔργοις ἐφαρμοστέον καὶ μέτρον ἐκάστου καὶ ἄσιωπητέον καὶ οἷς ἐνδιατριπτέον καὶ ὅσα παραδραμεῖν ἄμεινον καὶ ὅπως ἐρμηνεῦσαι αὐτὰ καὶ συναρμόσαι, ταῦτα μὲν καὶ τὰ τοιαῦτα ὕστερον.

Post infinitivum *ἐρμηνεύσαι* mente supplendum est *δεῖ*, quod verbum tacite repetendum est ex adjectivo verbali *ἐνδιατριπέον*, quippe quod idem valeat, quod *ἐνδιατριβεῖν δεῖ*.

Durior tamen haec ellipsis videtur, quia verba *ὅσα παραδραμεῖν ἄμεινον* inter *ἐνδιατριπέον* et *ὅπως ἐρμηνεύσαι* locum obtinent.

Nihil offensionis habet locus a Sommerbrodtio laudatus Hermotim. § 23: *νῆ Δί', ὦ Ἐρμούμιε, πάντων μάλιστα ἐπὶ τοῦτο σπουδαστέον, τῶν δ' ἄλλων ἀμελητέον, καὶ μήτε πατριδος τῆς ἐνταῦθα ἐπιλαμβανομένης πολὺν ποιῆσθαι λόγον . . .* Insuper addo Hermotim. § 36 in fine: *ἂν μὲν οὖν πρόδηλον γένηται τοῦτο, ὡς Σιοϊκῶν ἐστὶ μόνων τὰ δις δύο τέταρα ἡγεῖσθαι, ὥρα σιωπᾶν τοῖς ἄλλοις· ἄχρι δ' ἂν αὐτοῦ τοῦτου περὶ διαμάχωνται, πάντων ὁμοίως ἀκουστέον ἢ εἰδέναι ὅτι πρὸς χάριν δικάζειν δόξομεν.*

Ibidem § 64. *ἀποδοτέον οὖν, φησί, καὶ τῷ τοιοῦτῳ χρόνον οὐκ ὀλίγον καὶ προθέμενον ἅπαντα ἐς μέσον αἰρεῖσθαι διαμέλλοντα καὶ βραδύνονα καὶ πολλὰκις ἐπισκοποῦντα.*

Sed quamquam verbi *δεῖ* ellipsis importunior est quam in exemplis supra a me allatis, tamen in ea acquiescendum esse credo; de pronomine *αὐτά* vero aliter statuo. Hoc enim pronomen, quod significatione sua ad praecedens quoddam substantivum pertinere debet, hic de nubibus pendet, ut aiunt. Nam quid

nunc legimus? «Post exponam, quomodo scriptor historicus initium facere debeat . . . , quae melius sit percurrere breviter, et qua ratione *illa* interpretari et componere ei opus sit.» Vides, quam absurde vox «*illa*» se habeat. Quam ob causam certum mihi est deliberatumque pro *αὐτά* legendum esse *πάντα*. Idem Gesnerus suspicatus esse videtur vertens: «Quomodo verbis explicanda sint *omnia* et inter se committenda atque devincienda», sed in contextu nihil mutavit; mea autem correctio et lenis est et necessaria.

§ 8. ἀλλὰ καὶ ἂν Ἀγαμέμνονα ἐπαινέσαι θέλωσιν, οὐδείς ὁ κωλύσων Διὶ μὲν αὐτὸν ὅμοιον εἶναι τὴν κεφαλὴν καὶ τὰ ὄμματα, τὸ στέφνον δὲ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ τῷ Ποσειδῶνι, τὴν δὲ ζώνην τῷ Ἄρει, καὶ ὅλως σύνθετον ἐκ πάντων θεῶν γενέσθαι δὴ τὸν Ἀιγέως καὶ Ἀερόπης.

δὴ pro δεῖ Sommerbrodtius edidit unum codicem Vaticanum 87 secutus; ceteri habent δεῖ. Quid autem particula δὴ hoc loco valeat, equidem libere fateor me assequi non posse. Si statim post adjectivum πάντων legeretur, aptum sensum praeberet, nunc vero minime. Hartmannus in dissertatione sua <sup>1)</sup> pag. 68 rem acu tetigit δεῖ delens, utpote insertum

<sup>1)</sup> „Studia critica in Luciani Samosatensis opera”. a°. 1877.

a quodam lectore, qui verborum structuram non perspexerit. Quod autem unum manuscriptum *δή* pro *δεῖ* exhibet, id certe haud magni est momenti, quum duae hae voces omnibus in libris confundi soleant.

§ 10. *ἐορακέναι γάρ σέ που εἰκὸς γεγραμμένον* ('*Ηρακλέα* scilicet), *τῇ Ὀμφάλῃ δουλεύοντα, πάνν ἀλλόλοτον σκευῆν ἐκάτερον ἐνεσχευασμένον, ἐκείνην μὲν τὸν λέοντα αὐτοῦ περιβεβλημένην καὶ τὸ ξόλον ἐν τῇ χειρὶ ἔχουσαν, ὡς Ἁρακλέα δῆθεν οὔσαν, αὐτὸν δὲ ἐν κροκοτῶ καὶ πορφυρίδι ἔρια ζαίνοντα καὶ παιόμενον ὑπὸ τῆς Ὀμφάλῃς τῶ σανδαλίῳ.*

Quo quis deveniat, qui contra sanam rationem lectionem traditam defendere studeat, hic locus egregie demonstrat. Quae autem est res? Cobetus V. L. pag. 86 pro *τὸν λέοντα* emendavit *τὴν λεοντῆν*, quo quid apertius clariusque esse potest? Non tamen ita Fritzschio videtur, qui hanc Cobeti correctionem «malam conjecturam» vocare sustinet, et verba *τὸν λέοντα* variis, iisque firmissimis, ut putat, argumentis lectoribus probare conatur; quae singula paulo diligentius considerare mihi liceat.

Fritzschio auctore non solum nihil est causae, cur traditam scripturam mutemus, sed etiam illa ipsa est «elegantissima», et eo consilio adhibita, ut scriptor Herculem indutum esse non nescio qua leonina pelle,

sed spolio Nemeaei leonis manifeste significaret. At quis credat eiusmodi aliquid? Adeone exilis ingenii est Lucianus, ut ad talem «elegantiam» confugere ei opus fuerit, si id, quod Fritzschius vult, exprimere in animo habuerit? Ne dixeris; immo illud plane noluit. Quoties enim cumque sermo est de Hercule et eius *λεωντῆ*, nemo, ut opinor, non cogitat de pelle, quam heros ipse de belua Nemeaea detraxit, neque quisquam credit Herculem duo tresve pelles leoninas habuisse, quibus vicissim uteretur. Elegantiam igitur istam Fritzschius sibi habeto, quae prorsus abest a lectione tradita, si quid video.

Deinde, ut demonstret nullam correctionis causam esse, affert iudicia Ruhnkenii et Toupii, ita tamen, ut ea refellat. Dicit enim his verbis fere: «Recte illi viri docti iudicarunt animalium nomina pro eorum pellibus adhiberi posse, sed exempla, quibus ad probandam eam rem usi sunt, aut dubia sunt aut falsa.» Quod verum esse potest, sed quae sunt ipsius Fritzschi exempli? Locus ex Apollonii Lexico Homerico et alter ex Claudiano (qui vixit quinto saeculo circiter post Christum natum) de Raptu Proserp. I 18:

Lenisque simul procedit Iacchus  
Crinali florens hedera, quem Parthica velat  
Tigris.

Idonea exempla scilicet, et ita comparata, ut nullus dubitationi sit locus!

Denique, utpote argumentum inexpugnabile et invictum, provocat ad Homerum, qui multis locis βοῶν dicat pro «clypeo», ut cuius notum est. Quo vero hoc tendit? Homerus et poeta aliquis latinus umquamne argumento esse possunt Lucianum talem dicendi rationem adhibuisse, quae, si qua alia, quam maxime propria est sermoni ligato? Responsum dubium esse nequit. Ut in pauca rem conferam: tota illa argumentatio Fritzschi ipsius exemplis, quibus usus est vir doctus, ostendit infirmitatem debilitatemque suam, et quamvis invita nos cogit ad statuendum λέοντα vocabulum certo subsidio esse destitutum ideoque corruptum. Quae cum ita sint, simplicem et lenem Cobeti correctionem τὴν λεοντῆν lubenter accipio.

Tot autem verbis non usus et, ut dicam, quid sentiam, non abusus essem, nisi vidissem Sommerbrodtium perversam lectionem τὸν λέοντα in textum revocavisse, quae sepulta jam videbatur, quum etiam Dindorfius verum a Cobeto repertum recepisset. Et quoniam suspicabar a Fritzschio eum adductum esse, ut infelicem «leonem» illum intactum reliquerit, operam me non perditurum credebam, si pro virili parte illius rationes labefactare et, si possem, prosternere conarer.

§ 11. ἐκάστων γὰρ δὴ ἴδιόν τι καλόν ἐστίν· εἰ δὲ τοῦτο ἐναλλάξειαι, ἀκαλλῆς τὸ αὐτὸ παρὰ τὴν χρῆσιν γίγνεται.

Variis modis a variis interpretibus verba παρὰ τὴν χρῆσιν explicantur, sed nemini contigit, ut proponeret eiusmodi aliquid, quod ab omni parte probari posset, ut mihi quidem videtur. En habes versiones aliquot: Gesneri: «extra usum»; Micylli: «usu»; Belini: «elle devient informe par le mauvais usage auquel on l'emploie»; Wielandi: «so wird es hässlich, weil es an einem Orte steht, wo es unnütz ist, oder keine gute Wirkung thut».

Fritzschius inter nubem exemplorum, quibus demonstrat praepositionem παρὰ cum accusativo denotare «propter» (Quaest. Luc. pag 124 seq.), enumerat etiam nostrum locum vertitque «ob usum». Sommerbrodtius denique reddit germanice «während des Gebrauchs» collatis dictionibus παρ' ὅλον τὸν λόγον, παρὰ τὸν ἀγῶνα, παρὰ τὸν βίον, παρὰ τὴν τελευτήν.

Causa, cur hi viri tam manifeste obloquantur alius alii, haec est, nisi fallor: vocabulum χρῆσις «usus» neque nexui orationis neque ei, quod Lucianus dicere voluit, satis convenit; quam ob rem interpretes mirifice se excruciarunt, sed frustra. Rectissime igitur Rudolphus sic iudicavit: «At enim isto loco non agit de utilitate et usu rerum, sed de pulchritudine

unicuique rei propria; neque id, quod inutile est, propterea etiam est turpe atque deforme.» Hactenus optime iudicium tulit ille vir doctus; porro autem eius vestigia persequi nolo. Verba enim *παρὰ τὴν χρῆσιν* ut una litura deleamus, persuadere nobis studet, ut glossema « ab eo adscriptum, qui quidem probe teneret res usu et per usum deformes reddi, sed ad nexum et sententiarum seriem non attenderet »; quod mihi saltem ingeniose quidem excogitatum, haud vero probandum videtur, neque critici esse prudentioris: nam verba illa interpolationis speciem minime praebent.

Mihi est persuasissimum illa verba depravata esse; Lucianus haec dicit: « Quaeque res suam ipsius pulchritudinem habet; si vero diversa illa pulchritudinis genera permutantur, idem foedum et deforme fit, quod antea erat decorum.» Restat illud *παρὰ τὴν χρῆσιν*; non vero « per usum », id est paulatim deformitas illa apparet, sed « statim », simul atque commutatio facta est. Quapropter legendum esse conjicio *παραχρήμα*.

§ 13. *τοιούτοι τῶν συγγραφόντων οἱ πολλοὶ εἰσι τὸ τήμερον καὶ τὸ ἴδιον καὶ τὸ χρειώδες, ὃ τι ἂν ἐκ τῆς ἱστορίας ἐλπίσωσι, θεραπεύοντες.*

Verba τὸ ἴδιον et τὸ χρειώδες, ὃ τι ἂν ἐκ τῆς ἱστορίας

*ἐλλίσωσι* idem significant, nempe utilitatem et fructum, quem adepturos se ipsos ex historia conscribenda sperant auctores. At jam dudum praeter illam rem sermo est de jucunditate, quam idem, utpote laudatores, afferunt hominibus nobilissimis, cfr. initium huius paragraphi: *ποῦ τοίνυν τὸ τεργνὸν ἐν τούτοις κ. τ. ἐ.*, et sub finem: *εἰ δέ τις πάντως τὸ τεργνὸν ἡγέται καταμεμῖχθαι δεῖν τῇ ἱστορίᾳ κ. τ. ἐ.* Quam ob rem etiam loco, de quo agimus, voluptatis illius mentione carere vix possumus, et verba *τὸ ἴδιον* mutaverim in *τὸ ἡδύ*, praesertim quum codices Guelferbytanus II (G), Graevii (V), Harleiani *τὸ ἡδιον* exhibeant.

Fritzschi in «Quaestionibus Lucianeis» pag. 167 *τὸ ἡδιον* coniecerat, at postea in editione sua eam conjecturam rejecit, certe non commemoravit, et recte quidem secundum meam opinionem: comparativo enim hic nullus est locus.

Sommerbrodtius in editione in usum scholarum anno 1878 legit: *τὸ τῆμερον κατ' ἴδιαν . . . θεραπεύοντες*, quam mutationem, licet, quod attinet ad artem palaeographicam, lenissima sit, equidem non probo ob eandem causam, quam supra jam dixi; ipse autem Sommerbrodtius postea conjecturam suam neque recepit neque vel uno verbo tetigit. Postremo non praetermittenda est suspicio viri docti H. O. de Jong in

dissertatione sua pag. 30 commemorata καὶ τὸ ἴδιον χρειώδες; quae conjectura multa habet, quibus commendetur, quamquam minime mihi persuasit vir doctus.

§ 14. εἰτ' ἐπῆγεν ὑπὲρ αὐτοῦ τι ἐγκώμιον, καὶ ὡς ἄξιός εἴη συγγράψαι τὰς πράξεις οὕτω λαμπρὰς οὖσας.

Quia in ipsa illa laudatione dicitur quam dignus ipse sit, qui adeo praeclaras res gestas describat, deleatur conjunctio καί, solemnī errore nata.

§ 15. Noster Creperium Calpurnianum quemdam ludibrio habet, qui Thucydidis sectatorem tam diligentem se praeberet, ut non solum initium historiarum suarum prorsus iisdem verbis, quibus ille usus est, componeret, sed etiam celeberrimam illam pestilentiae descriptionem ad litteram usque exscriberet praeter mentionem Pelasgici nimirum exceptisque longis Athenarum moenibus. Ceterum similitudo narrationis quam maxima erat, quod exponitur hoc modo:

τὰ δ' ἄλλα καὶ ἀπὸ Αἰθιοπίας ἤρξατο, ὥστε καὶ ἐς Αἴγυπτον κατέβη καὶ ἐς τὴν βασιλέως γῆν τὴν πολλήν, καὶ ἐν ἐκείνῃ γε ἔμεινεν εἰς ποιεῶν.

Conjunctionem ὥστε corruptam esse neminem fugere potest, sed miror medicinam, quae in promptu sit,

a nullo, quod sciam, esse adhibitam. Fritzschius jure suo rejecit Saupprii conjecturam legi jubentis *εἶτα καί*; nam licet illa Thucydidis verbis *ἔπειτα δὲ καὶ ἐς Αἴγυπτον κατέβη* quam proxime accedat, tamen nostro loco non convenit, ubi duae sententiae *καὶ ἀπὸ Αἰθιοπίας ἤρξατο* et *καὶ ἐς Αἴγυπτον κατέβη* sibi respondeant. Qua ratione Sommerbrodtius quoque ductus esse videtur, qui correctionem illam, quam antea (anno 1878 in editione sua) amplexus erat, postea abjecit. At, quod Fritzschius ipse proposuit *ὡς τότε, καὶ . . .*, non magis placet duas ob causas, primum, quia paucis verbis ante adverbium *τότε* legitur, deinde, quod ter iterata particula *καὶ* idem significatur, quod locutio *ὡς τότε* velit, itaque oratio nimis languida et frigida foret.

Equidem pro certo statuo *ὥστε* dittographia natum esse e sequenti *καί*, ideoque exterminandum, quo facto omnia bene procedunt.

§ 23 Lucianus aliud vitium eorum historicorum carpit, qui soleant magnifice grandique verborum sonitu conscripta prooemia recitare, porro vero, quum tempus sit ipsas res gestas (*τὸ σῶμα αὐτὸ τὸ τῆς ἱστορίας*) enarrare et auditores omnes arrectis auribus suspensisque animis expectent, quaenam facta eximia elocuturi sint, in lucem tam exile et ridiculum aliquid

proferant, ut audientes risum tenere non solum non possint, sed ne contentur quidem. Quod venusta imagine hoc modo depingitur: ἴδοις γὰρ ἂν ἀφθόρους τοιοῦτους συγγραφέας, τὸν Ῥοδίου κολοσσοῦ τὴν κεφαλὴν νανώδει σώματι ἐπιτιθέντας.

Contrariam autem perversitatem eorum, qui praepostere et ineleganter medias in res nos injiciant, eadem imagine usus sic describit Noster: ἄλλους αἰ ἔμπαλιν ἀκέφαλα τὰ σώματα εἰσάγοντας, ἀπροοιμίαια καὶ εὐθὺς ἐπὶ τῶν πραγμάτων, οἳ καὶ προσεταιρίζονται τὸν Ξενοφῶντα οὕτως ἀρξάμενον: „Δαρείου καὶ Παρυσάτιδος παῖδες γίγνονται δύο.”

Quicumque huius locutionis leporem penitus perspexerit, mihi concedet verba ἀπροοιμίαια καὶ εὐθὺς ἐπὶ τῶν πραγμάτων additamentum esse haud tolerabile, quin etiam obscurissimum; quis enim, quaeso, intellegere potest σώματα ἀπροοιμίαια καὶ εὐθὺς ἐπὶ τῶν πραγμάτων? Sine dubio quo modo cumque explicare volunt adjectivum ἀκέφαλα, sed Luciani manum non agnosco, ita ut quam celerrime recidenda sint.

Partem veritatis jam Rudolphus vidit, qui solum adjectivum ἀπροοιμίαια putat a Nostro non esse profectum, non reputans secum sequens εὐθὺς ἐπὶ τῶν πραγμάτων non minus absurdum esse.

Etiam Sommerbrodtius in priore editione sua sus-

pecta habuit eadem verba, quae ego nunc expunxi, sed postea sibi non constitit, quod satis mirari non possum.

Via, quam ipse indicavi, mihi magis arridet, quam Fritzschi conjectura, qui more suo verba quaedam excidisse ratus sententiam in integrum restituere sibi videtur hoc modo scribens: ἄλλους αὖ ἔμπαλιν ἀκέφαλα τὰ σώματα εισάγοντας <καὶ> ἀπροοιμίαςται καὶ εὐθὺς ἀπὸ τῶν πραγμάτων <ἀροχομένους>.

Correctio satis violenta et minus probabilis, ut opinor, quam quae a me proposita est.

§ 26. σπασάμενος γὰρ τὸ ξίφος, εὐγενῶς πάνυ καὶ ὡς Ἀφράνιον εἰκὸς ἦν, πάντων ὁρώντων ἀπέσφαξεν ἑαυτὸν ἐπὶ τῷ ἰάφῳ, οὐκ ἀνάξιος ὢν μὰ τὸν Ἐννάλιον πρὸ πολλοῦ ἀποθανεῖν ἢ τοιαῦτα ἐροητόρευε.

Particula ἦ non nititur librorum auctoritate, nam omnes *ei* exhibent, sed mera est conjectura Hermanni, quam Sommerbrodtius sic explicat: «πρὸ πολλοῦ construit mit ἦ wie ein Comparativ», de quo usu dubitare licet; certe duo hi viri miram hanc (ne plus dicam) constructionem idoneis exemplis adstruere neglexerunt, ita ut a partibus Fritzschi stare non dubitem conjecturam illam hisce verbis repudiantis: «Hermannus syntaxeos πρὸ πολλοῦ ἦ valde suspectae

illius et fortasse *fietae* nullum attulit exemplum.» Et ita est: cum illa correctione comparata multo etiam melior est lectio tradita, quae fortasse defendi potest, si eam sic accipias: «Omnibus inspectantibus Aphranius apud sepulchrum mortem sibi conscivit, non indignus, ita me Mars amet, qui multo ante moretur, si re vera talia deblateraret.» Certe *ἐρρητόρευε* non sumam ut imperfectum de conatu, quae Fritzschi opinio est. Si quis tamen in hac ratione acquiescere nequeat, mecum legat: *οὐκ ἀνάξιος ὦν . . . πρὸ πολλοῦ ἀποθανεῖν*, *ὃς* vel *ὃς γε* *τοιαῦτα ἐρρητόρευε*.

§ 29. *τούτους δὲ (δράκοντας scilicet) τέως μὲν ἐπι κοιτῶν μεγάλων ἐκδεδεμένους ὑψηλοῦς αἰωρεῖσθαι καὶ πρόρωθεν ἐπελανθόντων δέος ἐμποιεῖν, ἐν αὐτῷ δὲ τῷ ἔργῳ, ἐπειδὴν ὁμοῦ ὄσι, λύσαντες αὐτοῦς ἐπαφιᾶσι τοῖς πολεμίοις.*

*ἔργον* hic «proelium» significat, ut supra § 25 (*ἐπομοσάμενος, ἢ μὴν ἀκοῦσαι τινος τῶν ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἔργου διαφρονόντων*). Hoc sensu vocabulum illud usurpare praeiverunt Homerus (*Iliad.* IV 175, 470, 539; XII 271; XVII 179 = *Odyss.* XXII 233, nec non huc quadrat versus notissimus:

*κάθ' ἄν' ὁμοῦ δ' ἰ' ἄφεργός ἀνήρ ὃ τε πολλὰ φεφοργός,*  
ut Graevius bene observavit); deinde Thucydides

multis locis (cfr. verbi gratia I 23 § 4, 49 § 7, 105 § 6, 107 § 7; II 89 § 9; III 112 § 7; VII 71 § 3), Plato (luculentum exemplum est τὸ ἐν Πλαταιαῖς ἔργον Menex. 241 c), Xenophon, Euripides, alii. Quem usum si diligenter tecum perpenderit, non potest, quin suspicio nascatur verba ἐπειδὴν ὁμοῦ ὄσι addita esse a manu aliena, praesertim quum videris ὄσι Cobeti emendationem esse pro ἴωσι omnium codicum scriptura. Locutio ἐπειδὴν ὁμοῦ ἴωσι statim post ἐν αὐτῷ τῷ ἔργῳ manifeste prodit interpolatorem graece balbutientem.

§ 38. μάλιστα δὲ καὶ πρὸ τῶν πάντων ἐλεύθερος ἔστω τὴν γνώμην καὶ μήτε φοβείσθω μηδένα μήτε ἐλπίζειτω μηδέν, ἐπεὶ ὁμοίος ἔσται τοῖς φάυλοις δικασταῖς πρὸς χάριν ἢ πρὸς ἀπέχθειαν [ἐπὶ μισθῷ] δικάζουσι.

Verba ἐπὶ μισθῷ interpolata esse videntur. Malus historicus, qui vel metu potentissimorum hominum vel spe ductus fore ut gratiam sibi conciliaret apud nonnullos res gestas aliter enarret ac re vera factae sint, comparatur cum iudice cupido, qui studio vel odio incensus sciens et prudens iniquam sententiam ferat. Videsne quam male additum sit illud ἐπὶ μισθῷ? Iudicis enim pecunia corrupti nullus sermo est, quoniam, quod attinet ad historicum, eiusmodi aliquid non cogitat Lucianus. Illa igitur verba sen-

tentiarum ordinem numerosque pervertunt, quos Noster maxima cum diligentia observare usquequaque consuevit.

§40. Ἀλεξάνδρον γοῦν καὶ τοῦτο ἀπομνημονεύουσιν, ὃς „Ἡδέως ἂν” ἔφη „πρὸς ὀλίγον ἀνεβίον, ὧ Ὀνησίκριτε, ἀποθανόν, ὅπως μάθοιμι πῶς ταῦτα οἱ ἄνθρωποι τότε ἀναγνώσκουσιν. εἰ δὲ νῦν αὐτὰ ἐπαινοῦσι καὶ ἀσπάζονται, μὴ θαυμάσης· οἴονται γὰρ οὐ μικρῶ τι τῷ δελέαυ τούτῳ ἀνασπάσειν ἕκαστος τὴν παρ’ ἡμῶν εὐνοίαν.”

Primum Fritzschiis optimo jure, ut opinor, post vocabulum *ἄνθρωποι* particulam *οἱ* inseruit; alioquin enim futuro *ἀναγνώσκονται* opus est, quod jam Solanus admonuit.

At aliud quid adhuc incorrectum relictum est, nisi fallor Alexander enim Onesicritum, qui eius facta in scriptis suis immodicis laudibus tollere solebat, quondam salse irrisisse memoratur haec dicens: «Lubenter, o bone, reviviscam aliquantisper post mortem, ut cernam, quo tandem animo homines, qui tum vitam agant, legant ea, quae modo mihi recitaveris. Quod vero nunc laudant historias tuas habentque in deliciis, nil mirum.» Hactenus omnia bene procedunt, sed sequentia verba accurate perspecta admirationem movent non mediocrem, nam

sic pergitur: « Putant enim se non *parva* hac esca, ut ita dicam, excepturos esse nostram gratiam ».

Admodum magna res est scilicet plausum laudesque impertire verbis Alexandri adulatoris, si hac ratione illius principis benevolentiam ut tibi pares fortasse non frustra exspectes! Immo melior hac saltem lectione est scriptura sex codicum (*ΦΗΑΓΜ* Vaticanani 87) praebentium *οἶονται γὰρ οὐ μικρόν τι κ. τ. ε.*, ita ut verba *τὴν παρ' ἡμῶν εὐνοίαν* appositionem efficiant illius *οὐ μικρόν τι*, quamquam negari non potest sic nescio quid languidi et jejuni existere, quod sententiae minime convenire videtur. Sed lenissima mutatione locum corrigere posse mihi videor deleta negatione legens: *οἶονται γὰρ μικρῶ τινι τῷ δελέατι τοῦτω ἀνασπάσειν κ. τ. λ.* Conferas, si velis, nostrum dictum notissimum: « Een spierinkje uitwerpen om een kabeljauw te vangen », quod germanice dicas: « Eine Wurst nach der Speckseite werfen ».

§ 42. *καὶ ἐπάγει (Θουκυδίδης scilicet) τὸ χρήσιμον καὶ ὃ τέλος ἂν τις εἰς φρονῶν ὑπόθοιτο ιστορίας, ὡς εἴ ποτε καὶ αὐτῆς τὰ ὅμοια καταλάβοι, ἔχοιεν, φησί, πρὸς τὰ προγεγραμμένα ἀποβλέποντες εἰς χρῆσθαι τοῖς ἐν ποσὶ.*

Optimo jure Fritzschius haerens in participio *προγεγραμμένα* observat praesentibus ante acta, non

ante scripta opponi debere. At conjectura eius τὰ προπεπραγμένα mihi non placet; hoc enim participium significat «res ante gestas» non «res ante actas», quod unice in hunc locum quadrat Multo melior est Cobeti emendatio (V. L. pag. 147) τὰ προγεγενημένα, quam correctionem et ego de meo in margine adscripsi, licet Fritzschius, nescio quo jure, eam «justo audacior» vocet.

At fortasse, si respexeris Thucydidis verba in initio pestilentiae descriptionis (II 48 § 3) ἐγὼ δὲ οἶόν τε ἐρίγνετο λέξω καὶ ἀφ' ὧν ἂν τις σκοπῶν, εἴ ποτε καὶ αἰθρῆς ἐπιπέσοι, μάλιστα' ἂν ἔχοι τι προειδῶς μὴ ἀγνοεῖν, ταῦτα δηλώσω κ. τ. ἐ., ad quae verba manifeste hic alluditur, satis est rescribere πρὸς τὰ γεγραμμένα ἀποβλέποντες.

---


THESES.

ante scripta opponi debere. At conjectura eius τὰ προπεπραγμένα mihi non placet; hoc enim participium significat «res ante gestas» non «res ante actas», quod unice in hunc locum quadrat. Multo melior est Cobeti emendatio (V. L. pag. 147) τὰ προγεγενημένα, quam correctionem et ego de meo in margine adscripsi, licet Fritzschius, nescio quo jure, eam «justo audacior» vocet.

At fortasse, si respexeris Thucydidis verba in initio pestilentiae descriptionis (II 48 § 3) ἐγὼ δὲ οἶόν τε ἐγίγνετο λέξω καὶ ἀφ' ὧν ἂν τις σκοπῶν, εἴ ποτε καὶ αἰθῆσι ἐπιπέσοι, μάλιστα ἂν ἔχοι τι προειδῶς μὴ ἀγνοεῖν, ταῦτα δηλώσω κ. τ. ἐ., ad quae verba manifeste hic alluditur, satis est rescribere πρὸς τὰ γεγραμμένα ἀποβλέποντες.

---

THESES.



## THESES.

### I.

Lucian. Ver. Hist. II § 43:

ἡ μὲν οὖν ναῦς ῥαδίως ἔστι παρ' ὀλίγον ἐλθοῦσα  
κατενεχθῆναι.

Pro ῥαδίως legendum censeo ἡρέμας.

### II.

Ibid. Icaromenip. § 24:

ἐπεὶ δὲ περὶ τούτων ἀπεκρινάμην, Εἰπέ μοι, Μένιπτε,  
ἔφη, περὶ δὲ ἐμοῦ οἱ ἄνθρωποι τίνα γνώμην ἔχουσι; Τίνα,  
ἔφη, δέσποτα, ἢ τὴν εὐσεβεσιάτην, βασιλέα σε εἶναι πάντων  
θεῶν;

Supplendum est:

Τίνα <δὲ ἄλλην>, ἔφη, δέσποτα, ἢ τὴν εὐσεβεσιάτην,  
κ. τ. ἐ.

## III.

Ibid. de Peregrini Morte § 2:

*ἀλλ' ὀλίγον δεῖν ὑπὸ τῶν Κυνικῶν ἐγὼ σοι δια-  
σπάσθην ὥσπερ ὁ Ἀκταίων ὑπὸ τῶν κυνῶν ἢ ὁ ἀνεψιὸς  
αὐτοῦ ὁ Περθεὺς ὑπὸ τῶν Μαινάδων.*

Deleantur verba ὑπὸ τῶν Κυνικῶν.

## IV.

Sophocle. Antig. vs. 651—654:

*τί γάρ  
γένουτ' ἂν ἔλκος μείζον ἢ φίλος κακός;  
ἀλλὰ πύσας ὥσει τε δυσμενῆ μέθες  
τὴν παῖδ' ἐν Ἄιδου τήνδε νυμφεῦειν τι.*

Conjicio:

*τί γάρ  
γένουτ' ἂν ἔλκος μείζον ἢ γάμος κακός;  
ἀποπύσας οὖν ὥς τι δυσμενὲς μέθες  
τὴν παῖδ' ἐν Ἄιδου τήνδε νυμφεῦειν τι.*

## V.

Ibid. Oed. Col. vs. 956:

*πρὸς ταῦτα πράξεις οἷον ἂν θέλῃς.*

Verum puto:

*πρὸς ταῦτα πράξον οἷον ἂν θέλῃς.*

## VI.

Euripid. fragm. 136 Nauck:

σὺ δ' ὦ τύραννε θεῶν τε κἀνθρώπων Ἔρως,  
 ἦ μὴ δίδασκε τὰ καλὰ φαίνεσθαι καλὰ,  
 ἦ τοῖς ἐρῶσιν εὐτυχῶς συνεκπώνει  
 μοχθοῦσι μόχθους, ὦν σὺ δημιουργὸς εἶ.

Pro corrupto adverbio εὐτυχῶς malim εὐχερῶς.

## VII.

Thucyd. I 6 § 3:

καὶ οἱ πρῆσβύτεροι αὐτοῖς τῶν εὐδαιμόνων διὰ τὸ  
 ἀβροδίατον οὐ πολλὸς χρόνος ἐπειδὴ χιτῶνάς τε λινοῦς  
 ἐπάσσαντο φοροῦντες καὶ χρυσῶν τετιγῶν ἐνέρσει κρωβύλον  
 ἀναδούμενοι [τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τριχῶν.]

Verba uncis inclusa delenda sunt.

## VIII.

Ibid. III 19 § 2:

ὁ δὲ (scil. Λυσικλῆς ὁ στρατηγός) ἄλλα τε ἠργυρολόγει  
 καὶ περιέπλει, καὶ τῆς Ἐαρίας ἐκ Μυοῦντος ἀναβὰς . . . .  
 ἐπιθεμένων τῶν Καρῶν καὶ Ἀναιτῶν αὐτός τε διαφθείρεται  
 καὶ τῆς ἄλλης στρατιᾶς πολλοί.

Injuria Herwerdenus cum quibusdam codicibus adj.  
 ἄλλης expunxisse videtur.

## IX.

Ibid. III 82 § 8:

οἱ γὰρ ἐν ταῖς πόλεσι προσιάντες μετ' ὀνόματος ἑκάτεροι  
εὐπρεποῦς, πλήθους τε ἰσονομίας πολιτικῆς καὶ ἀριστοκρα-  
τίας σώφρονος προτιμήσει, τὰ μὲν κοινὰ λόγῳ θεραπεύον-  
τες ἄλλα ἐποιῶντο κ. τ. ἔ.

Vocabulum προτιμήσει ab aliena manu additum  
videtur.

## X.

Ibid. V 111 § 3:

οὐ γὰρ δὴ ἐπὶ γε τὴν ἐν τοῖς αἰσχροῖς καὶ προύπτοις  
κινδύνοις πλείστα διαφθείρουσαν ἀνθρώπους αἰσχύνην  
τρέψασθε.

Pro adj. αἰσχροῖς legendum censeo ἐσχάτοις.

## XI.

Andoc. de Myst. § 24:

ὥσπερ οὖν, εἰ ἀληθῆ ἦν ταῦτα ἃ με κατηγορήσαν,  
ἐμοὶ ἂν ὠργίζεσθε καὶ ἠξιοῦτε δίκην τὴν μεγίστην ἐπιτιθέναι,  
οὕτως ἀξιῶ ὑμᾶς κ. τ. λ.

Pro εἰ ἀληθῆ ἦν ταῦτα ἃ με κατηγορήσαν scribendum  
puto εἰ ἀληθῆ ταῦτά μου κατηγορήσαν.

## XII.

Isocrat. Epist. VI § 10 (420a):

καὶ τοῦτον μὲν τὸν τρόπον ζητοῦντες καὶ φιλοσοφοῦντες  
ὥσπερ σκοποῦ κειμένου στοχάσεσθε τῆ ψυχῆ καὶ μᾶλλον  
ἐπιτεύξεσθε τοῦ συμφέροντος.

Pro ἐπιτεύξεσθε legatur τεύξεσθε.

## XIII.

Sallust. de conj. Catil. 50 § 2:

«Cethegus autem per nuntios familiam atque libertos  
suos, lectos et exercitatos, orabat *in audaciam*, ut  
grege facto cum telis ad sese inrumperent.»

Pro verbis «in audaciam» legendum videtur  
«inaudita audacia».

## XIV.

Pers. Sat. V vs. 104–106 (Bücheler):

«Tibi recto vivere talo

Ars dedit? Et *veris* (*a veri*) speciem dinoscere calles,  
Nequa subaerato mendosum tinniat auro?»

Lege: «Et *vero* speciem dinoscere calles».

## XV.

Juvenal. Sat. XI vs. 96—98 (Bücheler):

«Sed nudo latere et parvis frons aerea lectis

*Vile* coronati caput ostendebat aselli,

Ad quod lascivi ludebant ruris alumni.»

Scribendum arbitror: *Vite* coronati e. q. s.

## XVI.

Ibid. Sat. XII vs. 86—88:

«Jam sequar et sacro, quod praestat, rite peracto

Inde domum repetam, graciles ubi parva coronas

Accipiunt *fragili* simulacra nitentia cera.»

Pro «*fragili*» malim «*facili*».

## XVII.

Plin. Epist. I 13 § 4:

«Nunc otiosissimus quisque multo ante rogatus et

identidem admonitus aut non venit aut, si venit,

queritur se diem, quia non *perdiderit*, perdidisse.»

Verbum «*perdiderit*» in «*providenter*» mutandum esse censeo.

## XVIII.

Ibid. I 20 § 16 :

«Utque in cultura agri non vineas tantum verum etiam arbusta, nec arbusta tantum verum etiam campos curo et exerceo, utque in ipsis campis non far aut siliginem solam sed *hordeum*, fabam ceteraque legumina sero, sic . . . .»

Pro «hordeum» conjicio «ervum».

## XIX.

Ibid. I 22 § 7 :

«Mirareris, si interesses, qua patientia hanc ipsam valetudinem toleret, ut dolori resistat, ut sitim differat, ut incredibilem febrium ardorem inmotus *opertusque* transmittat.»

Plinius «erectusque» scripsisse mihi videtur.

## XX.

Ibid. II 8 § 2 :

«Angor tamen non et mihi licere quae sic concupisco, ut aegri *vinum* balinea fontes.»

Pro «vinum» rescribendum est «rivum».

---







SGU

A.  
2